- 944-946 *Alioqui ... fauente* Er. behandelt derartige Ausdrücke in seinen *Adagia*. Cf. *Adag.* 518 (Cum Minerua manum quoque moue), *ASD* II, 2, p. 42, ll. 428-429: "Σὺν Ἀθηναῖς καὶ χειρὰ κίνει, id est Auxiliante Minerua manum interim moue" und *Adag.* 2078 (Cum deo quisque et gaudet et flet), *ASD* II, 5, p. 84, l. 581: "Cum deo fit Graecis, quod fit fauente numine"; ll. 593-594: "Σὺν ταῖς Μούσαις, id est Musis fauentibus, Σὺν τοῖς Θεοῖς, id est Diis bene iuuantibus"; ll. 598-599: "Σὺν θεοῖς accipi potest annumeratis diis aut diis fauentibus." Siehe auch *Adag.* 2589 (Cum Musis), *ASD* II, 6, p. 386.
- 947 *crebro iam admonuimus* Z.B. *Annot. in Mt.* 25, 15, *ASD* VI, 5, p. 318, ll. 207-208: "Propriam virtutem. Δύναμις, id est 'facultatem' siue 'potestatem', vt ad vires, non ad probitatem pertineat"; *Annot. in Rom.* 1, 4, *LB* VI, 555 F; 1, 16, *LB* VI, 562 C; *Annot. in 2. Cor.* 8, 3, ll. 346-347 und n.ll. 346-347. Zum Begriff 'virtus': Bentley, *Humanists*, p. 167 sq.
- 948 *In diem ... Christi Nov. Test. A*: "in die domini nostri Iesu"; *Nov. Test. B-E*: "in die domini Iesu" (die: *diem* v.l.; domini Iesu: domini nostri Iesu v.l. [A], *domini nostri Iesu Christi* v.l.).
- 948-949 Ἐν τῇ ... Ἰησοῦ Zu den v.ll.: τοῦ Κυρίου (N²⁷): τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ (Tischendorf): τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ: τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ: Metzger, *Commentary* ad loc., p. 485.
- 949-950 *Rursus ... antea* Cf. n.ll. 727-728 zu *I. Cor.* 4, 3.
- 951 *Modicum ... corrumpit Nov. Test.*: "paululum fermenti totam conspersionem fermentat."
- 951-952 *Hieronymus Comm. in Gal.* III, 5, Migne *PL* 26, 429 C D: "Modicum fermentum totam conspersionem fermentat. Male in nostris codicibus habetur: Modicum fermentum totam massam corrumpit, et sensum potius interpres suum quam verba Apostoli transtulit. Hac [Haec Migne] autem ipsa sententia Paulus et ad Corinthios vitur." Valla *Annot.* ad loc. kommentiert diese Stelle, wie folgt: "Modicum fermentum totam massam corrumpit. Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio. Dignitatem orationis apostolicae perdit interpres sua res variandi affectatione, nam sic graece habetur 'nescitis quod modicum fermentum totam conspersionem fermentat?' An maluit nunc dicere 'corrumpit' quam 'fermentat?' quia sic nunc accipiendum est, hoc est opus exponentis non transferentis sensum profundiorum aperire" (Garin I, p. 863, col. 2). Zu dieser Stelle, cf. *Annot. in Gal.* 5, 9, *LB* VI, 823 C.

terit, citans hunc locum et emendat ad hunc modum: *Modicum fermentum totam conspersionem fermentat*. Ego vero maluissem dicere 'et paululum fermenti' quam
 955 *modicum fermentum*, [B] quod quaelibet fermenti pars fermentum sit, vt quaeuis aquae pars, aqua. Iam si Nouum Testamentum habemus ab Hieronymo restitutum, vt quidam autumant, quomodo taxat hic quod nos legimus? [E] Non est bona gloriatio vestra. Augustinus Contra epistolam Parmeniani libro tertio, capite secundo, indicat in quibusdam codicibus maxime Latinis scriptum
 960 fuisse: *Bona est gloria vestra*, quod εἰρωνικῶς accipi vult. [A] Totam massam corrumpit. Quod hic *massam* vertit, mox 'conspersionem' transtulit, Graece φύραμα, ea est 'farina aqua conspersa' siue 'temperata' a verbo φυρᾶν, quod significat 'miscere', veluti cum argilla humore maceratur, [B] farina liquore aquae oleiue aut aliud simile. [C] In hunc sensum 'conspersio' inuenitur apud probatos
 965 autores. Quanquam et massulas salis legimus apud Columellam. [A] Interpres mutauit, quum nihil esset, cur foret affectanda varietas.

[7] Pascha nostrum. Deest 'pro nobis', ὑπὲρ ἡμῶν, id est 'pro nobis immolatus est' et caetera, [B] sed reclamantibus omnibus libris nostris, quibus hac in parte, vt dicam ingenue, magis accedo.

970 [8] [A] Itaque epulemur. Ἐορτάζωμεν, id est 'festum agamus diem', [B] ita sane vertit interpres Origenis homilia in Leuiticum quinta. [A] Solent autem ii dies solennibus epulis celebrari. Et nequitiae. Καὶ πονηρίας, quod significat et 'malitiam' et 'versutiam'. Duo proposuit κακίας καὶ πονηρίας, quibus respondent quae postea sequuntur εὐλικρινείας καὶ ἀληθείας, nam malicia opponitur
 975 synceritati, versutia veritati, hoc est, simplicitati. Sic et Ambrosius: *Vt synceritas mundam vitam faciat, veritas omnem fraudem excludat*. Sed in azymis. Azymi vocem, quam vbique relinquit, 'infermentatum' vertere poterat [B] aut 'expers fermenti', subaudiendum autem, opinor, 'panibus', ἐν ἀζύμοις. Deinde explicans quid dixerit infermentatum adiicit: *synceritatis ac veritatis*, perinde quasi dixisset
 980 'hoc est infermentatis celebrare Pascha nostrum, sincero veroque esse animo erga omnes'.

LB 679 [9] [A] Commisceamini fornicariis. Πόρνοις, id est 'scortis', est | enim vox quae communis sit cuius corpori meritorio. Prostabant enim Corinthi non

956 habemus C-E: haberemus B.

962 φυρᾶν B-E: φυρῶ A.

974 εὐλικρινείας B-E: εὐλικρινείας A.

976-977 Sed in azymis. Azymi vocem quam vbique relinquit, infermentatum vertere poterat. Synceritatis [quasi lemma typis

impressum], εὐλικρινείας inter 7 scripturae interpretem et 9 Non vtique posuit A.

978 opinor C-E: est B.

982 Commisceamini E: Cum A-D.

982 πόρνοις B-E: τοῖς πόρνοις A.

956-957 *Iam ... legimus?* Zur vermeintlichen Autorschaft der Vg. Hieronymus: ASD VI, 5, p. 11 und p. 11 n. 70; p. 91, n.l. 596 und n.l. 54 zu I. Cor. 1, 7. Zur vorliegenden Stelle sagt Bentley (*Humanists*, p. 162): "Erasmus also maintained that Jerome did not prepare the Vulgate on the evidence of his commen-

aries, where he frequently presented Latin translations more accurate than those found in the Vulgate. But Erasmus reserved for the Annotations the real evidence standing behind his argument. There he noted scores of Vulgate passages - e.g., Acts 26:2-3, 1 Cor. 5:6, [vorliegende Stelle] Gal. 5:7-9, Eph. 1:14

- and Eph. 4:29 – whose readings conflicted with Jerome's style or commentaries." Man vergleiche *Annot. in Act.* 26, 2, *LB VI*, 532 E: "Libens rogarim istos, qui contendunt hanc translationem esse Hieronymi et afflatu Spiritus Sancti proditam et haeticum esse quicquid ab ea diuersum est, cur Hieronymus ausus est eam immutare?" Siehe auch Ep. 337, ll. 768–789 und Blutau, p. 36 sq.
- 957 *quidam* Zu denjenigen, die die Vg. für Hieronymus' Übersetzung hielten (und also dem *Nouum Instrumentum* Er.' kritisch gegenüberstanden), gehören u.a. Edward Lec, Jacobus Stunica und Petrus Sutor. Siehe die vorangehende Anmerkung und Rummel, *Boorish Critics*, pp. 442–444.
- 957–958 *Non ... vestra* *Nov. Test.*: "non est bona gloriatio vestra" (non bona: *non est bona* v.l.; Er.' Vg. Text von 1527).
- 958 *Augustinus* *Contra epist. Parmeniani* III, 2, 5, *CSEL* 51, p. 104, l. 24 – p. 105, l. 14.
- 960–961 *Totam ... corrumpit* *Nov. Test.*: "totam conspersionem fermentat", cf. n.l. 951.
- 961–962 *Quod ... φαρῶν* Cf. Valla, *Annot.* ad loc.: "Non esse dicendum massam, sed conspersionem, superius satis admonui. Quod nunc turpius dicitur, quia statim post [cf. Er. *mox*] sequitur 'conspersio', quasi aliud significans quam 'massa'. Vnde quidam super hunc locum aiunt: conspersio est farina per aquam conglutinata sine fermento. Idem et azyma graece enim vtrunque dicitur φάρμακον" (Garin I, p. 863, col. 2). Mit 'quidam' ist die *Glossa Ordinaria* ad loc. gemeint: "Conspersio. Est farina per aquam conglutinata sine fermento; idem azyma" (nach der Erstausgabe Strassburg 1480/1481, cf. *Biblia sacra* vol. VI, col. 233 B).
- 961 *mox* Cf. I. *Cor.* 5, 7: "vt sitis noua conspersio."
- 964–965 *In hunc ... autores* Conspersio (conspersio) nicht bei den klassischen Autoren. Siehe Souter, *Glossary* s.v. Nach *ThLL* s.v. conspersio 2 (col. 495) in den alten Bibelübersetzungen, Vg., bei Tert., Ambr., Aug., Hier. Es fällt auf, dass Er. Bedenken anmeldet gegen den Gebrauch des Ausdrucks 'fornicari', aber nicht gegen den des Wortes 'conspersio', obwohl man beide Ausdrücke in denselben Autoren findet (cf. n.l.l. 905–906 zu I. *Cor.* 5, 1).
- 965 *massulas salis* Eine lectio dubia in Colum. *De rei rust.* XII, 50, 5 (cf. *ThLL* s.v. massula). In der Edition *Opera Agricolationum Columellae, Varronis Catonisque*, von Philippus Beroaldus (1496): "massulis salis mixtis" (XIII, cap. 47, f^o 201^v); in der modernen Ausgabe von Lundström/Josephson/Hedberg, Upsaliae, 1968, XII, 50, 5 (man beachte die andere Numerierung), p. 66: "maximi<s> salis micis."
- 965–966 *Interpres ... varietas* Cf. Valla, *Annot.* zu I. *Cor.* ad loc. n.l.l. 951–952 zitiert: "Dignitatem orationis apostolicae perdit interpres sua res variandi affectatione." Zu Er.' Auffassungen bezüglich der 'uariatio': Bentley, *Humanists*, pp. 166–168 und n.l.l. 131–132 zu 2. *Cor.* I, II.
- 967–968 *Deest ... et caetera* (πάσχα ἡμῶν ἐτύθη; πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη v.l.; AN III II). Cf. *Nov. Test.*: "nam et pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus" (etenim pascha nostrum immolatus est Christus). So auch Valla, *Annot.* zu I. *Cor.* ad loc.: "Deest apud nos 'pro nobis', dicitur enim graece 'etenim pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus', ὑπὲρ ἡμῶν. Credo interpretem omisisse hanc particulam hallucinatum similitudine dictionum, quia graece nostrum ἡμῶν [ὑμῶν Garin] et nobis ὑπὲρ ἡμῶν eadem vox est" (Garin I, p. 863, col. 2).
- 970 *Itaque epulemur* *Nov. Test.*: "itaque festum celebremus", cf. Valla, *Annot.* zu I. *Cor.* ad loc.: "Non est in graeco 'epulemur', sed 'diem festum agamus', id est agamus diem festum paschalem, ἐορτάζωμεν" (Garin I, p. 863, col. 2).
- 971 *interpres Origenis* Sc. Rufinus (Homilien zum Hexateuch).
- 971 *homilia ... quinta* Orig./Rufin. In *Leuiticum hom.* 5, 10, *GCS* Origenes Werke 6, p. 352, ll. 10–12: "Propterea et Apostolus dicit: etenim diem festum celebremus non in fermento veteri neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis."
- 972 *Et nequitiae* *Nov. Test.*: "et versutiae."
- 975 *Ambrosius* Ambrosiaster, *Comm. in I. Cor.*, *CSEL* 81, 2, p. 57, ll. 2–4 (976 veritas autem).
- 976 *Sed in azymis* *Nov. Test.*: "sed in panibus fermento carentibus."
- 982 *Commisceamini fornicariis* *Nov. Test. A*: "ne denuo commisceremini cum fornicariis"; *Nov. Test. B–E*: "ne commisceremini cum scortatoribus" (ne commisceamini fornicariis).
- 983–984 *Prostabant ... catamyti* Die sakrale Prostitution im Aphroditenkult in Korinth ist u.a. bei Strab. (VIII, 6, 20, Meineke, p. 536) belegt; dazu auch Athen. XIII, 573 c – 574 c. Zum Ruf der Zügellosigkeit und Sittenverderbnis der Stadt Korinth, cf.: *Adag.* 301 (Non est cuiuslibet Corinthum appellere), *ASD* II, 1, p. 407 sq. ll. 11–18.

solum puellae, sed et catamyti; etiamsi sunt qui velint πόρνον et scortatorem
 985 dici, non solum scortum. Putant autem dictum a πέρω, quod est 'vendo', id
 quod magis competit in scorta, [B] et πορνοβοσκούς Graeci dicunt lenones, quos
 Itali vulgo vocant 'ruffianos'. [A] Caeterum quod dixit commiseri Graece est
 συναναμίγγυσθαι, quod accipi potest 'denuo commiseri', vt significet eos id
 990 facere solitos antequam initiati essent Christo. Et commiseri non solum est
 habere rem cum illis, verumetiam habere consuetudinem et commercium, idque
 inculcat, quum adiicit: οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, quod intelli-
 geret difficillimum esse versari inter tot illecebras eius regionis nec pellici in pec-
 catum. [B] Quanquam non me fugit alium sensum adduci a plerisque veterum,
 nimirum hunc, Paulum non vetare quo minus habeant consuetudinem cum eth-
 995 nicis inquinatis – alioqui totam Graeciam esse relinquendam – sed vt vitarent si
 quis Christianam religionem professus esset huiusmodi. [A] Nam quod dixit
mundi huius non est accipiendum quasi sit alius mundus. 'Mundum hunc' Grae-
 ciam intelligit ac praecipue Corinthum huiusmodi voluptatibus corruptissimam.
 Ad eum modum interpretatur Chrysostomus, si modo illius sunt [B] Graeci [A]
 1000 commentarii qui illi inscribuntur, [B] et huic consentiens Theophylactus; is ser-
 monem ordinat in hunc modum: 'Scipsi vobis paulo ante in hac ipsa epistola,
 ne commisceamini scortatoribus aut scortis, quum dicerem expurgandum vetus
 fermentum. Quod tamen nolim ita accipi, quasi iubeam vitari consuetudinem
 omnium scortatorum huius mundi. Sed si quis dictus frater sit eiusmodi, hic
 5 adeo vitandus est, vt nec cibum cum eo capi velim'. [A] Lyrensis docte exponit
 fornicarios huius mundi, *Qui communiter*, inquit, *vocantur ribaldi*. O, grauem
 diuinae scripturae interpretem, [C] si tamen hoc ab illo scriptum est, ac non
 potius ab alio quopiam maleferiato adiectum.

[10] [A] Non vtique. Καὶ οὐ πάντως, 'et non omnino' siue 'in totum', vt
 10 intelligas ab omnibus abstinendum, siue quod placet Ambrosio, vt sit exponen-
 tis, non abstinendum a fornicariis huius mundi sed a fratribus, hoc est a Chri-
 stianis fornicariis, [B] inter quos erat is, quem iubet tradi satanae, hoc est, eiici e
 contubernio caeterorum Christianorum, quo magis pudore corrigeretur. Nam
 erant fortassis qui crederent vitandos duntaxat ethnicos scelerosos, Christianos
 15 autem non vitandos. Paulus contra iubet vitari fratres, cum ethnicis non prohibet
 cibum capere. Ad hunc sensum faciunt quae sequuntur: *Quid enim mihi de iis*
qui foris sunt iudicare? Quanquam, vt ingenue fatear, totus hic sermo mihi vide-
 tur perturbatior ac Delium aliquem natatorem desiderans. Praesertim quum
 mentionem faciat idololatriae, quam verisimile non est tum inter Christianos
 20 fuisse. Illud opinor non opus esse, vt admoneam 'commiseri' hic non pertinere

984–985 πόρνον et scortatorem dici B–E: πέρω-
 νον, etiam dici scortatorem A.

985 autem B–E: enim A.

988 quod accipi potest B–E: id est A.

988 vt significet B–E: significans A.

996 Nam B–E: Caeterum A.

1000 Theophylactus C–E: Vulgarius B.

3 nolim ita E: ita nolim B–D.

5 Lyrensis B–E: Lyra A.

8 maleferiato E: male feriato C D.

16 Quid B D E: Quod C.

20 vt admoneam D E: admonere B C.

- 984–985 *etiamsi ... scortum* Im klassischen Griechischen bedeutet *πόρνος*, 'Strichjunge', 'Mannhure' (cf. Aristoph. *Plut.* 155; Xen. *Mem.* I, 6, 13 etc.), in der LXX und im NT auch 'scortator' (Hurer), cf. Liddell-Scott s.v.; nach Bauer s.v.: "der Unzüchtige, der Unzucht Treibende."
- 985 *dictum ... vendo* Gemeint ist vermutlich *περνάω/πέρνημι*: ausführen und verkaufen, bes. vom Menschenhandel (Pape s.v.). Cf. Pape s.v. *πόρνος*, wo *περνάω* und *πόρνος* durch Xen. *Mem.* I, 6, 13 miteinander in Verbindung gebracht werden, und Passow s.v. *πόρνη*.
- 986 *πορνοβοσκούς* Cf. z.B. Aristot. *Eth. Nic.* IV, 1121 b 33. Demosth. *Or.* 59, 30.
- 987 *ruffianos* Auch heutzutage noch verwendet im Italienischen.
- 988 *συναναμίγνυσθαι* Cf. Bauer s.v.: "sich mischen unter, verkehren mit."
- 988 *denuo commisceri* Cf. *Nov. Test. A* ad loc. (n.l. 982).
- 989–993 *Et commisceri ... peccatum* Die Interpretation des Ausdrucks *οὐ πάντως* ist wesentlich. Cf. I. 9 sqq., wo Er. die betreffende Wendung ausführlicher behandelt. Nach Blass-Debrunner §433³ bedeutet *οὐ πάντως* an der vorliegenden Stelle: "nicht überhaupt" (und nicht: "durchaus nicht"). So auch Bauer s.v. *πάντως* 5.b. (1232).
- 993 *alium ... veterum* Siehe die griechischen Kommentatoren: Chrys. *In I. Cor. hom.* 16, 1, Migne *PG* 61, 129–130 und Ps.-Oecumenius, nach AN III 11: "ἵνα μὴ νομίσωσιν ὀφείλειν καὶ τοῖς τῶν Ἑλλήνων πόρνοις μὴ συναναμίγνυσθαι ἕπερ ἦν ἀδύνατον τοῖς πόλιν οἰκοῦσι, διορθοῦται αὐτό· τὸ πάντως ἐνταῦθα ἐπὶ ἁπολογουμένου κεῖται, cf. Migne *PG* 118, 701 B C. Eine ähnliche Erläuterung findet sich in Theophyl.' Kommentar, cf. n.l. 1000.
- 999 *Chrysostomus In I. Cor. hom.* 16, 1, Migne *PG* 61, 130: *Πόρνους γὰρ κόσμου τοὺς παρὰ τοῖς Ἑλλήσι λέγει.*
- 999–1000 *si modo ... inscribuntur* So auch *Annot. in I. Cor.* 1, 2, ll. 14–15: "[Chrysostomus] si modo non fallit titulus." Er. zweifelt an der Echtheit der Homilien Chrysostomus' zu I. 2. *Cor.*, cf. n.ll. 14–15 zu I. *Cor.* 1, 2; n.ll. 426–427 zu I. *Cor.* 7, 3.
- 1000 *Theophylactus Expos. in I. Cor.*, Migne *PG* 124, 625 B–D; 628 A. Nach Personas Übersetzung: "Scripsi vobis in epistola ne commisceamini fornicariis. Quam dicit epistolam? hanc quidem ipsam. Nam cum dixisset superius 'expurgate vetus fermentum' suspicati sunt forte Corinthii, vel a ceteris sibi qui in Grecia essent adulteris precauendum, quod tamen ita disserit ... Nunc autem scripsi vobis ne commisceamini si quis frater nominatur aut fornicator" etc. (P^o xxxix^o).
- 5 *Lyrensis* Cf. Nicolaus von Lyra, postilla ad loc.: "Ne commi<sceamini>, id est cum criminosis generaliter qui fornicantur a Deo, propter quod subditur: Non vtique for<nica>riis huius mundi, qui communiter nominantur ribaldi" (*Biblia sacra* vol. VI, col. 234 F).
- 6 *ribaldi* Cf. Hoven s.v.
- 7–8 *si tamen ... adiectum* Er. wird wohl Paulus von Burgos (um 1353–1435), der kritische *Additiones* zu Lyranus' *Postilla* verfasst hat, meinen. Matthias Doering (um 1400–1469) schrieb 400 Repliken als *Defensorium Postillae Nicol. de Lyra contra Paulum Burgensem*. Zu Paulus von Burgos: *I.ThK* 8, 230; zu Matthias Doering: *LThK* 7, 180 sq. Er. erwähnt Paulus von Burgos in seiner *Resp. ad annot. Ed. Lei.*, *LB IX*, 155 A = *ASD IX*, 4, p. 128, ll. 544–545: "Quid Lyranus, quid Burgensis?" und spielt auf denselben in *Annot. in Mt.* 15, 5, *ASD VI*, 5, p. 238, ll. 163–164, an: "Nec enim admodum refert attingere quae hoc loco aduersus Lyranum disserit quidam [= Paulus von Burgos], et rursus in hunc alius quispiam [= Matthias Doering]", cf. *ASD VI*, 5, p. 239, n.l. 164.
- 9 *Non vtique Nov. Test. A*: "non vtique"; *Nov. Test. B–E*: "non omnino."
- 9 *Καὶ οὐ πάντως (οὐ πάντως; καὶ οὐ πάντως v.l.; AN III 11).*
- 10 *Ambrosio* Ambrosiaster, *Comm. in I. Cor.*, *CSEL* 81, 2, p. 57, ll. 7–18: "Et quia non intellexisse forte ea quae scripserat videbantur, nunc in hac epistola, quid scripserit interpretatur dicens: Non vtique fornicariis huius mundi, sed a fratribus talibus recedendum ... Igitur intellectum eorum arguit, qui putabant forte, quia ab incredulis ... prohibuisset, non a fratribus, et ideo illum, qui uxorem patris habebat, inter se esse non aegre ferebant."
- 15–16 *cum ... capere* Cf. Ambrosiaster, loc. cit. p. 58, l. 2: "cum infideli non prohibuit cibum sumere", cf. I. *Cor.* 10, 27.
- 16–17 *Quid ... iudicare?* I. *Cor.* 5, 12 (de his qui).
- 18 *Delium ... desiderans* Zu dieser Redensart: *Adag.* 529 (Delius natator), *ASD II*, 2, pp. 56–58, bes. p. 58, ll. 753–754: "Vt nisi natator insignite peritus contigisset, periculum esset, ne lector in eo libro suffocaretur mergereturque."

ad coitum, sed ad vitae consuetudinem. [A] Alioqui debetis. Ἐπεὶ, id est 'quoniam' siue 'quandoquidem', quod hic subinde transfert *alioqui* [B] et aliquoties apte, nimirum quoties subest tacita exceptio, quemadmodum et hic accipi licet. [E] 'Nam si id fieri non possit, [B] abstinendum omnino a scortis omnibus
 25 Graecanicis; id si non potestis, fugiendum potius e tota Graecia'. Aut 'non in totum veto consuetudinem cum improbis, alioqui si [E] id [B] conemini, fugiendum sit ex hoc mundo, quum tales nusquam non sint'. [A] Debueratis ex. Ὁφείλετε, id est 'debetis', legitur apud Graecos per o paruum [E] magno sane Graecorum codicum consensu. [A] 'Quandoquidem debetis exisse' [E] siue 'exire
 30 [A] ex hoc mundo, quando non conuenit commisceri scortatoribus'. [B] Duriusculum est quod interpretatur Ambrosius, satius esse mori et decedere ex hoc mundo quam habere rem cum sceleratis, [A] etiamsi Graeci interpretantur de relinquenda Graecia, [B] vt saepe iam dictum est. [A] Si non licet alia ratione effugere commercium scortorum et scortatorum, satius est infectam ac pestilentem relinquere regionem. Verum id non audet ab illis exigere, quod tamen malit.
 35 Illud certe exigit, ne commisceantur, [B] hoc est, ne familiarem cum illis agant consuetudinem ceu vitiis illorum fauentes, [A] et ideo sequitur: *Nunc autem scripsi vobis*, hoc est mitius. [B] Apparet interpretem et Ambrosium legisse ὠφείλετε per ω mega. Cacterum vt et de meo superiorum studiis nonnihil adiciam, mihi videtur ὀφείλετε hoc loco esse signum optantis positumque pro εἶθε, id est 'vtinam' siue 'o, si'. [E] Additur interdum altera dictiuncula, εἶθ' ὠφελος et ὡς ὠφελος. Quum per o micron scribitur ὄφελον, optantis est sine discretionem personae aut numeri. [B] 'Alioqui si non sitis temperaturi a commercio talium, vtinam potius exissetis ex hoc mundo et quouis exulatum abissetis'. Thomas
 45 Aquinas pro vno sensu multos producit vt est foecunda ignorantia, quorum primus est: *alioqui debueratis ex hoc mundo exisse*, hoc est 'si velitis omnium malorum vitare consuetudinem, profugiendum erat ex hoc mundo, quum mundus vndique malis sit refertus'. Alter hic est: 'Nihil erat opus super hac re commoneri, quandoquidem a baptismo iam vltro a mundo semoti estis'. Tertius sic habet iuxta Ambrosium: 'Praestabat mori quam cum scelerosis habere consuetudinem'.
 50 Hugo Carrensis ad|dit quartum: 'Debebatis ex hoc mundo exisse, id est confugisse ad religionem', sic enim appellat vitam monasticam. Sed omnium maxime placet Chrysostomi interpretatio, vt intelligamus Paulum explicare quid sensisset, quum literis suis iuberet illos fugere commercium et consuetudinem scortatorum, rapacium et eorum, qui simulacris immolarent. Id quum perperam intellectum durius videretur Corinthiis, ait sese non hoc iussisse vt ab ethnicis scelerosis abstinerent, quod licet optandum esset, tamen fieri non posset, quum
 55 vbique sceleratorum hominum plena essent omnia, sed quoad liceret ab istiusmodi Christianis abstinerent ideoque velut obiter interiicit: *alioqui debueratis ex hoc mundo exisse*, hoc est 'vtinam id esset quod opto, vt in totum huiusmodi
 60

21 debetis scripsi sec. contextum orationis: deb. A, debet. B-E.

30 ex hoc mundo E: ex hoc mundo, hoc est esse alieni a mundo A-D.

30 scortatoribus B–E: fornicariis A.

21 *Alioqui debetis Nov. Test. A:* “quandoquidem debetis videlicet e mundo exisse”; *Nov. Test. B–E:* “alioqui vtinam videlicet e mundo exissetis” (alioquin debueratis de hoc mundo exisse). Cf. app. crit.: *deb.* bzw. *debet.*, abgekürzt für ‘debetis’.

21–24 Ἐπεὶ ... licet Zur Bedeutung von ἐπεὶ: Blass-Debrunner §456⁷: “ἐπεὶ ‘denn sonst’ Röm 3, 6 ... ebenso ἐπεὶ ἄρα I Kor 5, 10; 7, 14.”

27 *Debueratis ex.* Man beachte *ex.*, abgekürzt für ‘exisse’ oder ‘exire’, cf. I. 29.

28–29 Ὁφείλετε ... consensu (ὠφείλετε: ὠφείλετε v.l.; AN III II). Zu ὠφείλετε an dieser Stelle: Blass-Debrunner §358²: “I Kor 5, 10 ἐπεὶ ὠφείλετε ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελεῖν ‘denn sonst hättet ihr aus der Welt hinausgehen müssen’ (geht aber nicht, so dass klass. ἄν hinzutreten könnte).”

31 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in I. Cor., CSEL 81, 2, p. 57, ll. 18–19:* “Si igitur his commiscemini, inquit, melius erat mori vos.”

32 *Graeci Er.* wird Chrys. (Migne PG 61, 129–130), Theophyl. (Migne PG 124, 625 C) und Ps.-Oecomenius zur Stelle meinen. (Cf. n.l. 993 zu I. Cor. 5, 9).

37 *sequitur I. Cor. 5, 11:* Νῦν [Novi Tischendorf] δὲ ἔγραψα ὑμῖν. “Nunc autem scripsi vobis.”

38 *interpretem Cf.* die Lesart der Vg.: “debueratis.”

38 *Ambrosium Ambrosiaster, Comm. in I. Cor., CSEL 81, 2, p. 57, l. 13:* “debueratis.”

40–41 *mibi ... si* Siehe Er.’ Übersetzung im *Nov. Test. B–E:* “alioqui vtinam videlicet e mundo exissetis” (n.l. 21). Er. übersetzt ὠφείλετε κτλ. wie einen unerfüllbaren Wunsch (“vtinam exissetis”). Cf. aber Schwyzer II, p. 345 sq.; Kühner-Gerth II, I, §391.6, p. 206 sq. Zum Ausdruck des unerfüllbaren Wunsches im NT: Blass-Debrunner §359.1.

41–42 *Additur ... ὠφελος* Dazu: Kühner-Gerth II, I, §391.6, Anm. 3, p. 207.

42–43 *Quum ... numeri* Cf. Blass-Debrunner §359.1.

43–44 *Alioqui ... abissetis* Paraphrase nach Er.’ Interpretation von I. Cor. 5, 10, cf. n.l. 40–41.

44–45 *Thomas Aquinas Super I. Cor. lect. 254, p. 282.*

45 *ut ... ignorantia* Obwohl Er. Thomas mitunter preist (cf. Holborn, *Apologia*, p. 171, ll. 22–23: “inter recentiores doctissimum Thomam Aquinatem” und *Antibarb. ASD I, I, p. 129, l. 8:* “Thomas Aquinas scriptor nobilissi-

32 interpretantur D E: interpretentur A–C.

mus”), übt er oft Kritik an ihm, besonders weil Thomas die griechische Sprache nicht beherrscht (Holborn, *Apologia*, p. 172, ll. 21–22: “Aquinas, qui Latine tantum nouit nec id admodum exacte”). Zu Er. und Thomas: Massaut, *Érasme et Saint Thomas*, (cf. n.l. 77 zu I. Cor. 1, 10). Rummel, *Annotations*, pp. 77–80. Bentley, *Humanists*, p. 175. Zur vorliegenden Anmerkung Er.’: *Annot. in Rom. II, II, LB VI, 623 F:* “Neque quicquam erat opus quadriga interpretationum, quam in hunc locum inuexit Thomas Aquinas, ne sic quidem germanam attingens sententiam.” Er. tadelt jedoch an dieser Stelle nicht so sehr Thomas, als vielmehr den ‘interpretes’, er setzt seinen Text nämlich fort: “[sententiam], quod haudquaquam illi, sed interpreti impunitandum est. Quis enim Graece ignarus ex his verbis percipiat quid senserit Paulus?”

46 *primus Cf.* Thomas Aquinas (lectura 254, p. 282): “Debueratis de hoc mundo exisse, quia scilicet totus mundus talibus [fornicariis] plenus est. Vnde non possetis tales fornicarios vitare, nisi de hoc mundo exeundo.”

48 *Alter Cf.* Thomas Aquinas loc. cit.: “A tempore conuersionis vestrae debueratis ab infidelibus mundi separari. Vnde non oportet vos super hoc moneri; dicitur enim Io. xv, 16: ‘Ego elegi vos de mundo.’”

49 *Tertius Cf.* Thomas Aquinas (loc. cit.): “Debueratis de hoc mundo exisse, scilicet per mortem. Melius est enim hominibus mori, quam peccatoribus in peccatis consentire.”

50 *Ambrosium Ambrosiaster, Comm. in I. Cor., CSEL 81, 2, p. 57, ll. 18–19* (n.l. 31 angeführt).

51 *Hugo Carrensis* Hugo de Sancto Caro, postilla ad loc. In der Bibeledition von Johannes Amerbach (Basel 1504): “Alioquin debueratis de hoc mundo exisse: per transitum ad religionem quae est quaedam mors peccato et vita cum deo” (f^o 77^r col. 1). Zu Hugo Carrensis (Cardinalis, de Sancto Caro, de Saint-Cher): *LThK 5, 517 sq.* und *ASD VI, 5, p. 609, s.v. Hugo Cardinalis.*

53 *Chrysostomi interpretatio In I. Cor. hom. 16, 1, Migne PG 61, 129–130, bes. 130:* Πῶς γὰρ ἐν ἄνθρωπον ... τοὺς πανταχοῦ πόρνους πεύγειν; πόρνους γὰρ κόσμου τοὺς παρὰ τοῖς Ἕλλησι λέγει. Νῦν δὲ ἔγραψα ὑμῖν, ἕαν τις ἀδελφὸς ᾗ τοιοῦτος, τῷ τοιοῦτῳ μηδὲ συνεσθῆιν. Ἐν-αὐθα καὶ ἐτέρους ἀνίπτεται ἐν πονηρίᾳ ζῶντας (cf. I. Cor. 5, 11).

consortia possitis vitare. Nunc quoniam frustra opto, quod fieri non potest, illud scribo quod ante scripsi, vt Christianos tam foedis vitiis infames arceatis a vestro contubernio, partim ne ipsi videamini factis illorum assentiri, partim vt illi pudore correpti respiscant'.

65 [11] [A] Si is qui frater nominatur. Hic Latini addunt de suo *inter vos*, quae duo verba non sunt in Graecis codicibus, [B] nec apud diuum Ambrosium [C] nec in codice Donatiani [D] nec vtroque Constantiensi. [B] Iam quanquam ad sensum non magni refert, Graece est 'si quis frater nominatus' aut 'quum frater nominetur', vt subaudias verbum substantiuum 'est' aut 'fuerit'. Nisi malu-
70 mus videri participium verbi vice positum *ὀνομαζόμενος* pro *ὀνομάζεται*. Sic enim habebat vetustissimus codex Paulinus: *si quis frater nominatur inter vos fornicator aut auarus aut idolis seruiens* et caetera, vt *nominatur* adiungatur iis quae sequuntur, scortator, idololatra, auarus. Nam Graeci referunt ad superiora, vt intelligamus eum qui sit eiusmodi probris obnoxius, titulo duntaxat esse Christianum, quum Christianismus verus sit innocentia vitae. Quin et illud expende,
75 lector, vtro referenda sit haec orationis pars, *si is qui frater nominatur* et caetera, ad superiora, an ab illis absoluta pertineat ad ea quae sequuntur. Si ad superiora referas, superest in ordine quod sequitur, *cum eiusmodi nec cibum sumere*. Sin ad inferiora, quomodo corrigit quod scripserat, ne se commiserent, si nihil addatur
80 quod sententiam generalem explanet? An hic quoque fatebimur Paulum siue imperitia siue neglectu Graeci sermonis perturbatus explicare quod sentit, et *si is qui frater nominatur* referendum ad id quod praecessit: *scripsi vobis non commisceri, si quis frater nominetur scortator aut* et caetera, ac deinde neglecto sermonis ordine per epitasin additum: *cum huiusmodi ne cibum quidem capere*, per-
85 inde quasi dixerit 'hoc senseram si quis Christianus huiusmodi flagitiis sit infamis, adeo non oportere cum eo commercium habere, vt ne mensam quidem communem esse velim, quod vestra refert illum corrigi et periculum sit ne caeteros exemplo suo corrumpat, quum in ethnico non sit eadem ratio'.

[12] [A] Quid enim mihi? *Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν;* id est 'quid enim mea etiam eos qui foris sunt, iudicare?', hoc est 'quid ad me attinet [B] vt, quum satis molestum sit iudicare de his quae ad nostrum gregem pertinent, de iis etiam feram sententiam qui sunt a contubernio nostro alieni?' *Iudicare* dixit pro 'condemnato habere'. Habet autem qui vitat hominis consuetudinem. Quod si vitemus ethnicos, quomodo conuertentur ad Christum? Ferendi sunt in hoc, vt
95 sanentur. [C] Et si salem non admisceas, quomodo salietur quod est insulsum?

[13] [A] Auferte malum. *Καὶ ἐξαρῆτε τὸν πονηρὸν*, id est 'tollite scelerosum [B] illum', [A] vt ad hominem referatur non ad rem [B] propter additum articulum. Quod annotatum est et Augustino in Quaestionibus super Deuteronomium admonenti hoc sermonis colore solitam vti scripturam sacram, quoties
100 iubet de nocente capitis supplicium sumere. Non quod Paulus idem senserit, sed quod excommunicatio apud Christianos instar capitalis supplicii sit. Etiamsi videtur hic locus nonnihil torsisse diuum Augustinum, qui visus est adeo abhoruisse ab occidendis improbis, vt crebris epistolis obsecret et obtestetur praefectos

105 Caesaris, ne capitis supplicio afficerent Donatistas, qui non solum pertinacissime segregabant sese a consortio Christianorum, verum etiam crudelissimis suppliciiis in orthodoxos saeuiebant. Proinde confugit ad hanc interpretationem, vt intelligamus iubere Paulum, vt quisque malum hominem exuat iuxta illud quod

64 correpti *E*: correcti *B-D*.

85 huiusmodi *E*: istiusmodi *B-D*.

87 refert *E*: referat *B-D*.

63-64 *partim vt ... resipiscant* Cf. 2. *Thess.* 3, 14 (von Chrys. Migne *PG* 61, 130 angeführt).

65 *Si ... nominatur* *Nov. Test.*: "si quis quum frater appelletur."

65 *Hic ... vos* (nominatur: nominatur inter vos v.l., cf. l. 71).

66 *quae ... codicibus* Die betreffende v.l. wird in *N*²⁷ und bei Tischendorf nicht erwähnt.

66 *Ambrosium* Cf. Ambrosiaster, *Comm. in I. Cor.*, *CSEL* 81, 2, p. 57, ll. 22-23; 'inter vos' von Vogels, *Das Corpus Paulinum des Ambrosiaster*, p. 69 als v.l. vermerkt.

67 *nec in ... Constantiensi* Er. benutzte die Hss. aus Brügge für die Ausgabe *C* (1522) und die codices aus Konstanz erst für die Ausgabe *D* (1527). Man hat nicht feststellen können, um welche Hss. es sich handelte. Siehe weiter n.l. 94 zu I. *Cor.* I, 10.

69-73 *Nisi ... auarus* Nicht in den heutigen Ausgaben der Vg.: "Si is, qui frater nominatur, est fornicator aut auarus" etc.

70 *participium ... ὀνομάζεται* Zum als verbum finitum verwendeten Partizip bei Paulus: Blass-Debrunner §468.

80-81 *An ... sentit* Cf. n.l. 701-702 zu I. *Cor.* 4, 3. Paulus' Kenntnisse (oder eher Unkenntnis) der griechischen Sprache ist ein vielbesprochenes Thema in Er.' Schriften.

84 *per epitasin* D.h. zur Verstärkung, Intensivierung. Zu diesem Terminus technicus: *Annot. in I. Cor.* 6, 1, n.l. 131.

89 *Quid enim mihi?* *Nov. Test.*: "quid enim ad me attinet?"

89 *Τί ... κρίνειν*; (τοὺς; καὶ τοὺς v.l.; AN III 11).

95 *Et si ... insulsum?* Eine Anspielung auf *Mt.* 5, 13.

96 *Auferte malum* *Nov. Test. A*: "et sustollite eum qui malus est ex vobis ipsis"; *Nov. Test. B-E*: "etiam profligate istum qui malus est ex vobis ipsis."

96 *καὶ ... πονηρόν* (ἐξάρτατε; καὶ ἐξαρῆτε v.l.; AN III 11). Cf. *LXX: Dt.* 13, 6; 17, 7; 19, 19; 21, 21; 22, 24; 24, 7.

97-98 *vt ... articulum* Cf. Valla, *Annot.* ad loc.:

"De homine loquitur, non de re; sed enim malum hic generis masculini, τὸν πονηρόν. Ideoque maluissem ego apertius loqui vel 'auferte scelestum' vel 'sontem' vel 'noxium' vel 'facinorosum' vel alio modo" (Garin I, p. 863, col. 2).

98 *Augustino Quaest. in Hept. Quaest. Deut.* 39, *CCSL* 33, p. 296, ll. 761-771: "Auferetis malignum ex vobis ipsis. Assidue hoc dicit scriptura, cum iubet occidi malos. Qua locutione vsus est etiam apostolus ... Auferte malum ex vobis ipsis. Nam graecus habet τὸν πονηρόν ... hoc autem potius malignum solet interpretari quam malum. Nec ait: τὸ πονηρόν, id est hoc malignum; sed τὸν πονηρόν, quod est hunc malignum. Ex quo adparet eum voluisse intellegi, qui aliquid tale commisit, vt excommunicatione sit dignus. Hoc enim nunc agit in ecclesia excommunicatio, quod agebat tunc interfectio."

103 *crebris epistolis* Z.B. *Aug. Epist.* 134, 4, *CSEL* 44, p. 86, l. 20 - p. 87, l. 10: "Diligenter actum est, vt inimici ecclesiae ... horrenda facinora sua in catholicos clericos perpetrata faterentur et suis verbis implicarentur ... Si ergo nihil aliud constitueretur frenandae malitiae perditorum, extrema fortasse necessitas, vt tales occiderentur, vrgeret, quamquam, quod ad nos adinet, si nihil mitius eis fieri posset, mallems eos liberos relaxari, quam passiones fratrum nostrorum fuso eorum sanguine vindicari" (an den Proconsul Apringius) und *Epist.* 100, 2, *CSEL* 34, p. 537, ll. 4-7: "Quacumque igitur, vt ... potestatem occidendi te habere obliuiscaris, petitionem nostram non obliuiscaris" (an den Proconsul Donatus). Siehe weiter: *Epist.* 133, 2, *CSEL* 44, p. 82, l. 1 - p. 83, l. 6; *Epist.* 139, 2, *CSEL* 44, p. 150, l. 1 - p. 152, 4.

106-108 *Proinde ... suis* Cf. *Aug. Quaest. in Hept. Quaest. Deut.* 39, *CCSL* 33, p. 296, ll. 772-773: "Quamuis et aliter illud apostolicum possit intellegi, vt vnusquisque malum vel malignum ex se ipso sit iussus auferre."

dictum est Ephesiis: *Exuite veterem hominem cum actibus suis*. [E] Idem Contra epistolam Parmeniani libro tertio, capite primo malum interpretatur malitiam, quasi scriptum esset τὸ πονηρόν. Sed vtrumque coacte praeterque veterum lectionem simul et enarrationem.

[A]

EX CAPITE SEXTO

[1] Audet aliquis. Τολμῆ, nonnunquam significat 'sustinet' aut 'potest', quum significamus rem non periculosam, in qua proprie dicimur audere, sed duram affectibus nostris et intolerandam atque indignam. [B] Ita Suetonius [E] ad Graecorum imitationem [B] in Caesare Octauio: *Postquam vero pontificatum maximum quem nunquam viuo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demum suscepit*. Idem in eodem aliquanto inferius: *Nam quamuis minime appeteret haereditates, vt qui nunquam ex ignoti testamento capere quicquam sustinuerit, amicorum tamen suprema iudicia morosissime pensitauit*. Ac rursus in Caesare dictatore: *Cornelio Phagitae, cuius quondam nocturnas insidias aeger ac latens, ne perduceretur ad Syllam vix praemio dato euaserat, nunquam nocere sustinuit*. Item aliis compluribus locis comperire licet hoc verbi positum pro 'voluit' aut 'potuit' siue 'animum induxit'. Nobis vt in hoc argumento vnum atque alterum indicasse locum satis est ob diffidentem ac morosum lectorem. [E] Nam in eodem sensu reperias hoc verbum et apud Senecam et Quintilianum et Lucanum. [B] Paulus igitur iudicans hoc vehementer pudendum miratur esse quenquam Christianum, qui possit animum inducere, vt apud ethnicos iudices pro re pecuniaria contendat. [A] Apud iniquos. Ἐπὶ τῶν ἀδικῶν, magis sonat *sub iniustis* et *sub sanctis*, vt dicimus 'sub tali principe' et 'sub iudice' vt Horatius: *et adhuc sub iudice lis est*. At in iudice potissimum requiritur iustitia; [B] idcirco accommodam addidit ἐπίτασιν, *sub iniquis*. Nisi quod Hebraeorum more quaeuis improbitas ἀδικία dicitur.

[2] [A] De hoc mundo iudicabunt. Τὸν κόσμον κρίνοῦσιν, id est 'mundum ipsum iudicabunt'. [C] Pronomen *hoc* non additur nec in codice Donatiani [D] nec in Constantiensi. [A] 'Iudicari mundum' dixit, quod e vita sanctorum apparet mundanos errare ac desipere, idque velut explicans subiecit: *si in vobis iudicatur mundus*. Nam *iudicatur* est praesentis temporis, κρίνεται non κρίνεῖται consentientibus tum exemplaribus tum interpretibus [B] Graecis, [A] vt palam intelligas eum loqui de vita Christianorum, quae vtinam hodie talis esset, vt per eam mundus iudicaretur. Nunc ab ethnicis plerique titulo magis ac ceremoniis quam affectibus ac vita differimus. [B] Quin et Ambrosium legisse *iudicatur* subindicat eius interpretatio, *Tunc*, inquit, *iudicatur hic mundus in vobis, si opus perfidorum hominum non inueniatur in vobis*. [D] Theophylactus [E] vt Chrysostomus [D] et legit et interpretatur *iudicatur* et tamen interpres constanter vertit *iudicabitur*. [B] Augustinus tamen legit *iudicabitur* referens ad extremum iudicium, quo sancti sedebunt in duodecim thronis iudicaturi duodecim tribus Israel. Nihil autem vetat quo minus hic locus ad vtrumque tempus pertineat. Siquidem et nunc iudicatur, hoc est condemnatur mundus impius ex inno-

centi vita piorum et olim condemnabitur, quum piorum et impiorum opera
150 omnia proferentur in apertum. Illud obiter indicandum *in vobis* hic dictum

- 108-111 Idem ... enarrationem *E*: Sed haec sane coactiora videntur, vt ingenue, quod sentio dicam *B-D*.
113 Audet *E*: Et audet *A-D*.
- 108 *Ephesiis* Cf. *Eph.* 4, 22.24: "deponere vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem ... et induite nouum hominem"; *Col.* 3, 9-10: "expoliantes vos veterem hominem cum actibus eius et induentes nouum eum" und Aug. loc. cit., *CCSL* 33, p. 296, ll. 776-779: "Quamquam possit eleganter intellegi etiam homo auferre a se malum hominem, quemadmodum dictum est: exuite vos veterem hominem."
- 108 Idem Aug. *Contra epist. Parmeniani* III, 1, 2, *CSEL* 51, p. 99, l. 23 - p. 100, l. 1.
- 113 *Audet aliquis* *Nov. Test.*: "sustinet aliquis."
- 113 Τοῦ μὲν ... *potest* Cf. Liddell-Scott s.v. τοῦ μὲν I. 1 und 2: "endure, submit, undergo."
- 115 *Suetonius* *Aug.* 31, 1.
- 116 *ad Graecorum imitationem* Z.B. Hom. *Od.* XX, 20; Aeschyl. *Prom.* 237, cf. n.l. 113.
- 118 Idem *Suet.* *Aug.* 66, 4.
- 120 *Ac rursus* *Suet.* *Caes.* 74, 1.
- 122-123 *Item ... locis* *Suet.* *Tit.* 9, 3; *Cal.* 30, 3. Siehe weiter Glare s.v. sustinere 6.
- 126 *apud Senecam* Z.B. Sen. *Benef.* IV, 15, 3: "Non sustineo illum deserere, cui dedi vitam."
- 126 *Quintilianum* Z.B. Quint. *Inst.* III, 6, 64: "Sed non sustineo esse conscius mihi dissimulati."
- 126 *Lucanum* Z.B. Luc. V, 795-796: "neuterque recedens / sustinuit dixisse 'vale'."
- 129 *Apud iniquos* *Nov. Test.*: "sub iniustus."
- 129 *sub sanctis* *Nov. Test.*: "sub sanctis" (*apud sanctos*).
- 130 *Horatius* *Ars* 78.
- 131 ἐπίτασιν Zu diesem Terminus technicus: *ASD* VI, 5, p. 46 s.v. epitasis, ἐπίτασις. Chomarat I, p. 565; II, pp. 808-809. Die ἐπίτασις verstärkt den vorhergehenden Bericht (ἐπίτασις bedeutet etwa: Intensivierung).
- 132 *Nisi ... dicitur* Ähnlich *Annot. in Mt.* 1, 19, *ASD* VI, 5, p. 78, ll. 314-318: "Iustum autem vocat non ob vnam virtutem ... sed ob absolutam omnibus numeris probitatem ... ἀδικίων pro quouis peccato vsurpant sacrae literac." So wie iustitia (δικαιοσύνη) als Inbegriff aller Tugenden gilt, kann iniustitia (ἀδικία) für jede Sünde stehen (cf. *ASD* VI, 5, p. 79, n.l. 318).
- 133 *De ... iudicabunt* *Nov. Test.*: "quod sancti mundum iudicabunt" (de mundo: *de hoc mundo* v.l.; Fr.' Vg.Text von 1527).
- 134 *Pronomen ... additur* Zum Gebrauch des Pronomen demonstrativum: n.l. 807-808 zu 1. *Cor.* 4, 13.
- 136-137 *si ... mundus* *Nov. Test. A*: "si inter vos iudicatur mundus"; *Nov. Test. B-E*: "si per vos iudicatur mundus" (iudicabitur).
- 137-138 *Nam ... Graecis* Siehe Wordsworth-White ad loc.: "iudicabitur contra graecum paene omnes."
- 138 *interpretibus Graecis* Vermutlich sind Theophyl. und Chrys. gemeint, cf. n.l. 143 und n.l. 144.
- 141 *Ambrosium* Ambrosiaster, *Comm. in 1. Cor.*, *CSEL* 81, 2, p. 60, ll. 9-11 (142 iudicabitur: iudicatur v.l.; in nobis: *in vobis* v.l.; 143 in nobis). In Er.' Ambrosiusausgabe von 1527, tomus IV, f° 850 C: iudicatur; in nobis; in nobis.
- 143 *Theophylactus* *Expos. in 1. Cor.*, Migne *PG* 124, 629 A: Καὶ εἰ ἐν ὑμῶν κρίνεται ὁ κόσμος ... "Ὁρα, οὐκ εἶπεν, ὅτι Ὑσ' ὑμῶν κρίνεται κτλ. Siehe jedoch Personae Übersetzung: "Et si in vobis iudicabitur hic mundus ... Attende quemadmodum non 'a vobis' dixerit, sed 'in vobis', hoc est a deo quidem iudicabitur" (f° I). Persona hat mehrmals seine Übersetzung dem Vg.Text angeglichen, cf. n.l. 627 zu 1. *Cor.* 3, 13.
- 144 *Chrysostomus* *In 1. Cor. hom.* 16, 3, Migne *PG* 61, 133.
- 145 *Augustinus* Cf. *Doctr. chr.* IV, xviii, 36, *CCSL* 32, p. 142, l. 30: "et si in vobis iudicatur [iudicabitur v.l., aber in Fr.' Augustinusausgabe von 1528 'iudicatur', cf. tomus III, p. 56 D] mundus" und auch *Speculum* von Ps.-Aug. (cf. *Clavis* 272), in Er.' Edition der *Opera omnia* von Augustinus (Froben 1528), tomus III, p. 714: "Et si in vobis iudicabitur mundus" etc.
- 150-151 *Illud ... vos* Siehe die Lesart im *Nov. Test. B-E* (cf. n.l. 136-137). Zum Gebrauch der Präposition in / ἐν: n.l. 90 zu 1. *Cor.* 1, 10.

Hebraeo more pro 'per vos'. [A] Indigni estis qui de minimis iudicetis. Ἀνάξιοι ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων, id est 'indigni estis minimis iudiciis', nam κριτήριοι locus est vbi causae cognoscuntur. Siquidem alicubi audiebantur causae capitales, alicubi leuiore ac ciuiles, de mutuo, de commodato, de empto: haec quae ad vitae vsum pertinent, vocat minima. Graeci sic accipiunt [B] hunc locum: [A] 'Quum sitis iudicaturi de mundo, indignum est vos iudicari in gentium iudiciis', quae hic minima vocat [B] prae iudicio illo magnifico, quo sancti mundum et angelos iudicabunt. [A] Quanquam sermo Graecus anceps est, potest enim accipi 'indigni estis qui de minimis litigetis aut iudicetis iudicaturi et angelos'. [D] Ita Theophylactus [E] et Chrysostomus vt non sit percontatio negandi vim obtinens, sed asseueratio.

[3] [A] Quanto magis secularia? Graece est μήτι γε βιωτικά; id est 'non solum victualia' aut 'quae ad victum aut facultates [C] siue ad vitae vsum [A] pertinent', nam βίος Graecis tria significat: vitam, victum et facultates ac substantiam qua viuimus, [B] sentit enim lites pecuniarias. [E] Quoniam autem vulgus hominum his rebus deditum est, quae ad victum pertinent – victus autem vocabulum complectitur et vestes et domum et caetera vitae necessaria – veteres βιωτικούς appellarunt mundi rebus deditos. Sic apud Suidam in dictione βίος ex Philone βιωτικῶν ἀνθρώπων, et Chrysostomus libro tertio De sacerdotio, capite decimoquinto ἀνθρώπους βιωτικούς appellat gloriae studiosos. Rursus libro quarto, capite primo militiam, negociationem et agricolationem vocat βιωτικά. [B] Et μήτι γε Graecis valere idem quod πῶσω μᾶλλον annotauit Hesychius.

[4] [A] Secularia igitur. Et hic est βιωτικά, quasi quae ad victum et rem domesticam pertinent. Mira est autem in hoc interprete copiae affectatio. [B] Quid autem simile secularibus et βιωτικοῖς? [A] Contemptibiles. Ἐξουθενήμενος, id est 'contemptos et nihili habitos'. Illos constituite ad iudicandum. Καθίζετε anceps est quippe quod verti poterat 'constituite' vel 'constituitis'. Mihi non displicet modus imperandi, vt apostolus iubeat vel extremis Christianorum | id muneris delegari potius quam vt ad ethnicos iudices eant. [C] Augustinus libro Aduersus Faustum quinto, capite nono legit *collocate* pro καθίζετε, [A] etiamsi dissentit Ambrosius aliter explicans hunc locum, [B] quasi videlicet Paulus obiurget Corinthios, quod quoslibet huiusmodi negocii iudicandis praeficerent. [A] Graecorum scholia [B] ac nominatim [E] Chrysostomus et [B] Theophylactus [A] mecum faciunt et magis quadrat ad sensum Pauli. Nec enim illud hic agit qui constituentur iudices in ecclesia, sed ne Christiani litigent apud impios et quemuis potius vel contemptissimum, modo Christianum, arbitrum suae causae faciant quam adeant tribunalia impiorum. [B] Non quod ita sentiat faciendum, [D] vt infimis committantur iudicia, [B] sed vt declaret quam alterum sit indecorum, dicit hoc citius committendum. Et ideo mox sequitur: 'Ad

162-163 non solum B-E: nedum A.

163-164 pertinent C-E: attinent A B.

179 delegari D E: delegendum A, delegandum

B C.

179 quam vt A C-E: quam B.

179 ethnicos C-E: gentiles A B.

- 184 Theophylactus C-E: *Vulgarius B.*
184 quadrat C-E: *quadrant A B.*
- 151 *Indigni ... iudicetis Nov. Test.*: "indigni estis minimis iudiciis?"
- 154 *de ... commodato* Man beachte den Unterschied: *mutuum* = Darlehen (der Empfänger wird Eigentümer und muss die gleiche Summe zurückerstatten) und *commodatum* = Leihe (unentgeltliche Überlassung zum Gebrauch. Der Entleiher wird nicht Eigentümer. Er muss die entlehene Sache selbst zurückgeben).
- 155 *Graeci* Er meint vermutlich den Kommentar von Ps.-Oecumenius, den er in einer der von ihm herangezogenen Paulus-Hss. fand (AN III II, cf. n.l. 94 zu I. Cor. I, 10); siehe die betreffende Stelle nach AN III II: Αισχύνη, ἔφη, ὑμῶν ἐστὶ κρίνειν τὸν κόσμον μέλλουσι τὸ κρίνεσθαι τοῖς ἀτελέσι [Migne: τοῖς εὐτελέσι] καὶ ἀδίκους κριτηρίους τῶν ἀπίστων, cf. Migne PG II 8, 705 C, aber *Graeci* wird sich wohl auch auf Chrys. und Theophyl. beziehen, cf. die folgenden Anmerkungen.
- 160 *Theophylactus Expos. in I. Cor.*, Migne PG 124, 629 A B.
- 160 *Chrysostomus In I. Cor. Hom 16, 3*, Migne PG 61, 133.
- 162 *Quanto magis secularia? Nov. Test. A*: "nedum ea quae ad victum pertinent?"; *Nov. Test. B-E*: "non tantum ista quae ad victum pertinent?"
- 162-164 *Graece ... pertinent Valla, Annot. ad loc.*: "Ego non dixissem 'quanto magis secularia', sed 'nedum quae ad victum seu ad vitam pertinent': non enim est graece 'quanto magis', sed μήτι γε, neque 'secularia', sed si vno vocabulo liceret dicere βιωτικά, diceremus 'vitalia' siue vt quodam loco Ambrosius ait 'victualia' [Ambr. *De officiis ministrorum* II, 29, 146, Migne PL 16, 150 D]. Idem dico de proximo loco", d.h. I. Cor. 6, 4 (Garin I, p. 864, col. 1). Zu 'nedum': app. crit. n.ll. 162-163 und *Nov. Test. A*.
- 167-168 *veteres ... deditos* Diese Bedeutung (*mundi rebus deditos*) ist nicht im klassischen Griechisch belegt: cf. Liddell-Scott s.v.; Pape s.v.: lebenswert - von den Atticisten verworfen -, das Leben, bes. das gewöhnliche, Privatleben betreffend; Passow s.v.: zum Leben gehörig, dienlich.
- 168 *Suidam* Suid. βίος 294.
- 169 *Chrysostomus Chrys. De sacerdotio* III, 11, SC 272, p. 194, ll. 71: ἀνθρώπους βιωτικούς (SC ad loc.: "les gens du monde").
- 170 *Rursus Chrys. De sacerdotio* IV, 2, SC 272, p. 244, ll. 49-50.
- 172 *Hesychius* Hesych. 1280 μήτιγε: πόσω γε μᾶλλον, Latte, vol. II, p. 664.
- 173 *Secularia igitur Nov. Test. A*: "proinde victualia quidem iudicia si habueritis"; *Nov. Test. B-E*: "proinde iudicia siquidem habueritis de iis quae ad vitae vsum attinent." Zur Übersetzung 'victualia', cf. die n.ll. 162-164 zu I. Cor. 6, 3 angeführte Stelle Vallas.
- 174 *Mira ... affectatio* Cf. n.ll. 131-132 zu 2. Cor. I, II.
- 175 *Contemptibiles Nov. Test.*: "qui contempti sunt." Cf. Valla *Annot. ad loc.*: "contemptibiles siue contempti in ecclesia, ἐξουθενημένους" (Garin I, p. 864, col. 1).
- 176-177 *Illos ... iudicandum Nov. Test.*: "qui contempti sunt in ecclesia, eos constituite."
- 177-178 *Καθίετε ... constituitis* Dieselbe Frage *Annot. in I. Cor. I, 26*, ll. 241-242. Siehe auch Valla, *Annot. ad loc.*: "Nescio [Garin: nescia] an melius transferatur 'constituitis', nam graeca dictio anceps est καθίετε" (Garin I, p. 864, col. 1) und Faber Stapulensis ad loc.: "Potius 'constituitis' est dicendum; non enim praecepit Paulus, sed repraehendit Corinthios quia ita facerent" (P^o 114^o).
- 180 *Augustinus Contra Faust.* V, 9, CSEL 25, p. 282, l. 3.
- 181 *etiamsi ... locum* Dieser konzessive Nebensatz knüpft an den Satz *Mihi ... eant* an; durch den Zusatz C wurde der Gedankengang unterbrochen.
- 181 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in I. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 61, ll. 9-11: "Tam ergo intratables et inconsideratos eos significauit, vt inperitos forte ex fratribus iudices eligerent."
- 183 *Graecorum scholia* Cf. Ps.-Oecumenius, nach AN III II: Εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν ὑμῶν λόγον οὐκ ἐν σοφός, τοὺς ἐξουθενουμένους μᾶλλον δικαστὰς καθίετε ἢ τοὺς ἀπίστους, cf. Migne PG II 8, 709 A B.
- 183 *Chrysostomus In I. Cor. hom. 16, 3*, Migne PG 61, 134: Λέγων ὅτι εἰ καὶ μηδεὶς ἦν σοφός ἐν ὑμῶν, τοῖς ἀσυνέτοις ἐπιτρέπειν ἐχρῆν μᾶλλον τὴν ἀκρόασιν ἢ τοὺς ἐξωθεν δικάζειν.
- 184 *Theophylactus Expos. in I. Cor.*, Migne PG 124, 629 C. Theophyl. und Ps.-Oecumenius weisen viele Gemeinsamkeiten auf.

190 verecundiam vestram dico, non quod existimem nullos esse inter vos qui sapiant, sed vt istam falsam licet excusationem vobis adimam'. [A] Diuus Augustinus in libro De opere monachorum ait sese ex hoc Pauli loco cogi ad suscipienda iudicia causarum, quum esset episcopus. Quod recte an secus [C] senserit, [A] non est huius loci excutere. [B] Nec hoc loco [D] Paulus [B] ecclesiae nomine proprie
195 designat sacerdotes, sed coetum Christianorum hominum, in quo fieri non poterat, quin aliqui forent idonei, qui de leuibus negociis arbitrarentur. In hoc pro me facit Augustinus, quod Paulus senserit tolerabilius esse causas tam humiles vel infimis ac contemptissimis Christianis delegari quam agi apud iudices prophanos et impios. Postremo de deligendis arbitris potissimum loqui videtur Paulus. Si
200 quid parum conuenit, per arbitros transigatur, et eos arbitros qui inter vos habentur contemptiores. Quod si hodie placeret Christianis, frigeret rapacissima plerunque aduocatorum, procuratorum ac iureconsultorum turba. [A] Constituite. Καθίετε, id est 'collocate', nam καθίσειν est proprie 'collocare in sede' et iudicis est sedere. Mire autem addidit τούτους ad odium rei.

205 [5] Ad verecundiam vestram. Πρὸς ἐντροπήν, id est 'ad suffusionem' siue 'pudorem' aptius quam *ad verecundiam*; et paulo superius vertit *ad confusio-*
nem. Hoc adiecit significans se non esse loquutum ex animo, quod vellet contemptissimos ad iudicandum deligi, sed quod hoc quoque iudicaret tolerabilius quam id quod illi faciebant litigantes Christiani apud ethnicos. Sic non
 518-519 *cur ... Dominus?* Paulus erwähnt die Klausel aus *Mt.* 5, 32: "excepta fornicationis causa" nicht.
 519 *Imo cur ... Dominus* Cf. I. Cor. 7, II.

teram? Non tamen haec dicimus, quod velimus aperiri fenestram crebris diuortiiis, verum vbi nihil non frustra tentatum est, consuli cupiam saluti vel infelicitum vel infirmorum. Neque vero periculum est, ne passim dirimantur connubia, quando et apud ethnicos suus constabat honos matrimonio, apud quos mutuuum erat diuortii ius, at non temere ta[m]en. Vis rara esse diuortia? Cura, vt non tam facile coeant coniugia. Iudicio coeant; coeant autoritate parentum aut eorum, quorum interest, [C] quemadmodum apud Hebraeos, Graecos, Romanos ac barbaros olim coire solent. Quis enim apud Christianos hoc oraculum primus prodidit, quod solo consensu contrahatur matrimonium, etiam inuitis his, sub quorum potestate Deus voluit liberos esse? Quod argumentum nimium facile discutit Thomas Aquinas, *Non est*, inquit, *in potestate patris vt ancilla, sed vt filia*. Cur igitur non itidem licebat apud Iudaeos inuitis parentibus nubere? Ac linum lino connectens addit: *sicut potest ingredi religionem absque consensu parentum, quum sit persona libera*. Vt liberi parentibus inuitis se conferant ad professionem Euangelii, docent nos ipsa Euangelia. Hic tamen et hactenus tantum negligunt auctoritatem parentum, quatenus cogunt ad impietatem. Caeterum vt puella aut puer relictis Christianis parentibus, quibus duplici nomine debet obsequi, se addicat instituto Benedictinorum aut Dominicalium, apud quos fortasse licentius viuat et impunitius, non religiosius [D] ac praeter publicum ius semet emancipet ab eorum potestate, quibus illos et natura et humanae diuinaeque leges voluerunt esse subditos, ac se nescio quibus dedant in seruitutem humanam, vt ex liberis fiant parentum perfugae, hominum alienorum mancipia, [C] non video qua ratione nitatur. [E] Haec constitutio videtur ab iisdem profecta, qui statuerunt, vt a sponsa legitime ducta, sed nondum cognita liceat diuertere ad vitam monasticam, nec interim fas sit puellae alteri nubere ante editam sponsi professionem et

521–527 Non tamen ... interest B–E: add. β.
521 tamen B–E: tum β.
528 solent D E: solet C.

532 itidem D E: idem C.
535 Hic D E: Sic C.

521 *aperiri fenestram* Cf. *Adag.* 303 (Fenestram aperire et similes metaphorae), *ASD* II, 1, p. 410 sq.

526–528 *coeant autoritate ... solent* In der *Inst. christ. matrim.* LB V, 629 A – 630 E, erläutert Er. die Rolle der Eltern an vielen Beispielen.

529 *solo consensu* Cf. Lombardus *Sent.* IV, dist. 27, cap. 3, 1, vol. II, p. 422 sq.: “Efficiens autem causa matrimonii est consensus”; cap. 3, 2: “Auctoritatibus probat quod consensus solus facit matrimonium”; *Decretal. Greg. IX*, lib. IV, tit. 1, cap. 1, Friedberg II, 661: “Matrimonium solo consensu contrahitur”; Denzinger 643, p. 296; 766, p. 335; 776, p. 343; 1327, p. 459. Dasselbe Thema in *Inst.*

christ. matrim. LB V, 629 A: “Docent enim placita pontificum solo consensu per verba praesentis temporis declarato coire matrimonium ratum; et huic decreto subscribunt theologi magno consensu.” Es handelt sich um eine menschliche, nicht um eine göttliche Regelung: LB V, 630 E: “Opinor autem humanum esse decretum solo consensu coire matrimonium, vt qui legem pro ratione temporum statuit, possit eandem pro ratione temporum vel abrogare vel moderari.” Auch in einem Zusatz aus dem Jahre 1523 (der vorliegende Zusatz der *Annot.* stammt aus dem Jahre 1522) der *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 207, ll. 8–12, spricht Er. über den ‘consensus’: “Nunc plane murus aeneus est a iure-

- consultis, ni fallor, ad theologos profectus ex solo consensu nasci matrimonium indissolubile [cf. *Dig. L.* 17, 30, Mommsen-Krüger I, 921]. Ex hoc dogmate, quod non video, quibus rationibus aut scripturis innitatur, quot existunt laquei, quot scrupi, quot difficultates paene inexplicabiles!”
- 529–530 *etiam ... esse?* Cf. *Inst. christ. matrim. LB V*, 650 A: “Nullum, opinor, in sacris literis exemplum inueniri filiosfamilias aut pupillos clam iis, in quorum potestatibus sunt, contraxisse matrimonium, quod illis reclamantibus valuere” und *LB V*, 629 A B: “Atqui Iustinianus imperator non permittit filiisfamilias vxorem ducere citra parentum auctoritatem, in quorum potestate sunt” (cf. Iustinianus, *Inst. I*, 10, Mommsen-Krüger I, p. 4: “Dum tamen filii familias et consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt”).
- 531 *Thomas Aquinas Supplementum Summae Q.* 45, art. 5, vol. XII, p. 88, ll. 53–59: “Ad primum ergo dicendum quod puella non est in potestate patris quasi ancilla, vt sui corporis potestatem non habeat, sed quasi filia ad educandum. Et ideo, secundum hoc quod libera est, potest se in potestate alterius absque consensu patris dare: sicut etiam potest aliquis vel aliqua intrare religionem absque consensu parentum, cum sit persona libera.”
- 532–533 *linum lino connectens* Cf. *Adag.* 759 (Linum lino nectis), *ASD II*, 2, p. 284.
- 535 *ipsa Euangelia* Meint Er. *Mt.* 10, 35–39; 19, 29; *Lc.* 14, 26, wo diese Freiheit bezüglich der Annahme des Glaubens implizit ausgedrückt ist?
- 536–543 *Caeterum ... nitatur* Er. opponiert gegen *Decretal. Greg. IX*, lib. III, tit. 31, cap. 2, Friedberg II, 569, cf. n.l. 543.
- 538–539 *instituto ... religiosius* Er. macht an vielen Stellen klar, dass er im allgemeinen das Klosterleben seiner Zeit nicht sehr schätzt. Siehe Telle, *Le septième sacrement*, pp. 49–150, wo viele Belegstellen angeführt sind: z.B. Ep. 296, ll. 75–77: “Ausim illud dicere, magnam Christianae pietatis perniciem ex istis quas vocant religionibus exortam esse.”
- 538 *Benedictinorum aut Dominicalium* Er. prangert die Missstände des Klosterlebens an, aber: “Non insector conuiciis quod Franciscani suam, Benedictini suam amplectantur regulam; sed quod quidam illorum plus illis tribuunt quam Euangelio” (Ep. 858, ll. 455–457). Obwohl Er. mit einigen Dominikanern gute Beziehungen unterhielt, übte er Kritik an dem Dominikanerorden und an einzelnen Dominikanern, cf. Allen, Ep. 1006, n. 4.
- 539–541 *ab eorum ... subditos* Cf. Iustinian. *Inst. I*, 9, Mommsen-Krüger I, p. 4: “In potestate nostra sunt liberi nostri” und I, 10: “Consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt. Nam hoc fieri debere et ciuili et naturalis ratio suadet”, auch bei Paulus, *Col.* 3, 20: “Filii oboedite parentibus per omnia. Hoc enim placitum est in Domino.”
- 543–557 *Haec ... institutis* Im vorliegenden Zusatz *E* zeigt Er. die Unredlichkeit der Bestimmung, *Decretal. Greg. IX*, lib. III, tit. 32, cap. 2, Friedberg II, 579, cf. n.l. 543–545. So auch *Resp. ad disp. Phimost. LB IX*, 963 B – 963 E = *ASD IX*, 4, p. 394, ll. 405–433, gegen Dietenberger, aus dem Jahre 1532, cf. Rabbie, *Divorce*, p. 133.
- 543 *Haec constitutio* Sc. *Decretal. Greg. IX*, lib. III, tit. 31, cap. 2, Friedberg II, 569: “Si quis ante annos legitimos tonsuratus est sine consensu parentum suorum, si parentes ipsius infra annum non se reclamauerint ad principem aut ad proprium episcopum ... in ipso clericatu permaneat.” Cf. Ep. 296, bes. ll. 33–37 und Ep. 296, n. 33.
- 543–545 *vt ... monasticam* Cf. *Decretal. Greg. IX*, lib. III, tit. 32, cap. 2, Friedberg II, 579: “Ante matrimonium consummatum potest alter coniugum etiam altero inuito religionem inire” (= Denzinger 755, p. 332, cf. 786, p. 349).
- 545–547 *nec interim ... innupta* Dazu: Durandus zu *Sent. IV*, dist. 27, quaestio 2 (“Vtrum matrimonium soluatur per religionis ingressum”): “Quod autem dictum est quod matrimonium ante consummationem soluitur per religionis ingressum, intelligendum est, quando aliquis ingreditur cum effectu, hoc est quando proficitur. Sed nunquid alius remanens in seculo tenetur expectare quousque alius sit professus? Dicunt omnes quod sic.” Nach Durandus war das von Er. erwähnte Problem bekannt: “Sed quidam dicunt quod tempus probationis [zu ‘tempus/annus probationis’: *Decretal. Greg. IX*, lib. III, tit. 31, cap. 20, 23, Friedberg II, 577–578] debet abbreviari et taxari per episcopum propter periculum incontinentiae illius qui remanet in seculo; alioquin posset fraudari iure suo, quia intrans religionem posset esse vsque ad finem anni in vno monasterio et tunc exire et intrare aliud monasterium et sic alius fraudaretur” und “Aliis videtur quod ... non debet illud tempus abbreviari nisi forte appareret fraus eius, vt quando iret de vno monasterio ad aliud discurrendo” (f° 369^r, col. 1, der Ausgabe Venedig 1571, Neudruck, Ridgewood, New Jersey, 1964).

si ante professionis diem migret in aliud monasterium et hinc rursus in aliud, vt iam fiant anni quatuor, sponsa tamen cogetur manere innupta. Denique si ille nusquam profiteatur, sed redeat ad sponsam, illa cogetur summa cum infamia maritum habere, qui tot annis habitauerit in cuculla. Praeclara aequitas. Egregius religionis fauor, ob humanum institutum violare legem diuinam cum iniuria innocentis puellae atque etiam cum periculo non mediocri. Et hic adfertur nobis frigida subtilitas: monachi sunt mundo mortui. Mors corporis dirimit matrimonium, multo magis mors spiritualis. Quasi vero non omnes Christiani in baptismo hanc mortem professi sint et Christo in baptismo consepulti. Iactatur addictio, quasi non caeteri Christiani sint toti addicti Christo. Qui haec statuerunt, aut non intellexerunt vigorem legis diuinae aut nimium tribuerunt humanis institutis. [C] Verum vt ad rem, [B] saltem hoc apud nos detur infelici innocentiae, quod apud Iudaeos datum est peruersae maritorum acerbitati, quod Paulus indulget viduis intemperantibus, ne quid admittant sceleratius. Ei quae frigido nupsit, succurrit tacita conditio et dirimitur matrimonium. At qualitas animi saepe grauior est corporis vitio, cur hic non est tacitae conditionis remedium? 'Non probatur', inquit, 'apud Iudaeos diuortium, sed conceditur'. Conceduntur et apud Christianos lupanaria publica, ne quid admittatur deterius. At mihi non fit verisimile peccatum [C] fuisse [B] Iudaeum, qui vxorem egregie sceleratam abiecisset et alteram duxisset domum, quum id lex palam concederet nihil addens hoc donatum duriciae cordis, praesertim quum ex sensu naturae non possit sciri quod nos interpretamur. [D] Et si concessum est duriciae cordis, vtique licet quod concedit Deus, praesertim si nullo signo declaret eos peccare, qui permissio vtantur. [B] Verum haec vtunque habeant, ita conceditur, vt tamen impune sit marito duxisse quam velit, nec vetantur vtunque repudiatas nubere. [D] Interdum enim hoc licere dicitur quod lex non punit. [B] At apud nos idem non modo non toleratur, sed vt atrox flagitium punitur et aliquanto grauius quam adulterium, quum Augustinus clare pronunciet sceleratius esse extra connubium libidinari quam a diuortio nouo marito iunctam viuere. Neque simpliciter negat huius esse vxorem, sed magis esse illius quem reliquit quam cui nupsit. Verum huius disputationis iam modus esto, quum res voluminis sit, non annotatiunculae. Haec tamen paucis libuit delibare, quo doctis ac studiosis vberiore cogitandi materiam praeberemus. Nec villo pacto iudicio maiorum ob haec praeire conamur, multo minus ecclesiae catholicae. Caeterum quoniam in priore aeditione votum in hac re nostrum siue prudens siue imprudens certe pium subindicaueram, ne quis id aliorum interpretaretur atque a me scriptum fuerat, declarandum putauit, quibus rationibus adducti tale quiddam

557-562 Saltem ... conceditur B-E: add. β.

559-562 Ei quae ... remedium? B-E: om. β.

569-571 Verum ... nubere B-E: add. β.

569 haec vtunque habeant B-E: om. β.

570-571 repudiatas B-E: repudiata β.

571-579 At apud ... catholicae B-E: add. β.

573 quam ... clare B-E: non legenda β.

575 negat B-E: negant β.

576 Verum B-E: Sed β.

576 quum E: cum β B-D.

581 subindicaueram E: subindicaueramus B-D.

582 putauit E: putauimus B-D.

- 549–550 *Egregius ... fauor* So auch *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 207, ll. 16–20: "Arbitror et illud a iureconsultis natum, quod aiunt ob sumptam cucullam dirimi matrimonium ratum quidem, sed non consummatum. 'Id fit', inquit, 'in fauorem religionis'. An religiosum est iniuriam facere sponsac?"
- 550 *humanum institutum* Nach menschlicher Setzung war es dem einen der Gatten erlaubt, nach der Eheschliessung, aber 'bevor die Ehe durch die fleischliche Verbindung vollzogen wurde' (cf. Denzinger 786, p. 349), in einen Orden einzutreten. Cf. n.l. 543–545.
- 550 *legem diuinam* Nämlich die Ehe, cf. z.B. Lombardus *Sent.* IV, dist. 26, cap. 1, vol. II, p. 416: "Matrimonii sacramentum etiam ante peccatum legitur institutum a Domino." Dazu: Denzinger 1801, p. 574 und *DTC* IX, 2, 2101–2102.
- 551 *cum periculo non mediocri* Siehe die n.l. 545–547 angeführte Stelle Durandus': "Tempus probationis debet abbreviari ... propter periculum incontinentiae illius qui remanet in seculo."
- 552 *frigida subtilitas* Z.B. Durandus zu *Sent.* IV, dist. 27, quaestio 2, f^o 369', col. 1: "Est duplex mors, vna corporalis per separationem animae a carne, alia ciuilis et spiritualis qua quis moritur mundo et viuitt Deo per ingressum religionis." In der *Inst. christ. matrim.* *LB* V, 636 C–E, übt Er. Kritik an dieser Stelle Durandus' (dazu: *CWE* 69, p. 264, n. 177).
- 552–553 *Mors ... spiritualis* Siehe aber Aug. *De adult. coniugiis* II, 4, *CSEL* 41, p. 386, ll. 16–19: "Quamuis enim sit mors adulterium non corporis, sed, quod peius est, animae, non tamen et de ista morte loquebatur apostolus, cum dicebat: 'quodsi mortuus fuerit vir eius, cui vult nubat'."
- 557 *saltem hoc* Fortsetzung des Textes nach den Zusätzen *C, D, E* (ll. 527–557). *Hoc* bezieht sich auf die Ehetrennung und die zweite Ehe.
- 558 *apud Iudaeos* Cf. *Dt.* 24, 1–4.
- 559 *Paulus* Cf. *I. Cor.* 7, 9 und 39; *I. Tim.* 5, 11–12, 14.
- 560 *tacita conditio* Cf. *Decretal. Greg. IX*, lib. IV, tit. 15, cap. 1–7, Friedberg II, 704–708 und Lombardus *Sent.* IV, dist. 34, cap. 2, vol. II, p. 463 sq.
- 562–563 *Non probatur ... deterius* Siehe den später gestrichenen Passus *Annot. in Mt.* 19, 8, *ASD* VI, 5, p. 266 sq. app. crit. n.l. 888–889: "Atqui si id Iudaeis concessit Moses ob duriciem cordis, et par pene duricies sit in nobis, cur non idem conceditur, quibus conceduntur et lupanaria?" etc., cf. den Kommentar ad loc. und Ep. 1006, ll. 291–300.
- 562 *Non ... conceditur* Cf. *Decretum Gratiani* secunda pars, C. 31, q. 1, c. 9, Friedberg I, IIII: "Moyses hoc permisit, non precepit. Aliud est enim precipere, aliud permittere."
- 565 *lex* Sc. *Dt.* 24, 1–4, cf. n.l. 558.
- 566 *duriciae cordis* Cf. *Mt.* 19, 8: *κληρονομασίαν*, duritiam cordis (supra l. 826: "duricie cordis").
- 573 *Augustinus* Es handelt sich vielleicht um Er.' Interpretation der Stelle, Aug. *De serm. Dom.* I, 14, 39, *CCSL* 35, p. 43, ll. 924–927: "Iam vero si nec illi nubere conceditur viuo viro a quo recessit, neque huic alteram ducere viua vxore quam dimisit, multo minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere." Ähnlich Hier. *Comm. in Titum*, Migne *PL* 26, 599 A: "Et multo detestabilius sit fornicatum esse cum pluribus quam digamum reperiri." N.B.: *Augustinus clare* war vermutlich der Schluss von f^o 698'; cf. app. crit. n.l. 573.
- 575–576 *Neque ... nupsit* Vielleicht eine Anspielung auf *Decretal. Greg. IX*, lib. IV, tit. 4, cap. 1, Friedberg II, 680 = *Decretum Gratiani* secunda pars C. 27, q. 2, c. 51, Friedberg I, 1078, wo angeblich Augustinus angeführt worden ist: "Si autem fecerit fidem consensus, non licet ei aliam ducere. Si autem duxerit, dimittet ipsam et adhaerebit vxori priori." Die betreffende Stelle ist bei Augustinus nicht nachweisbar, cf. Friedberg I, ad loc.
- 577 *annotatiunculae* Cf. Ep. 373, ll. 4–5 (*ASD* VI, 5, p. 53, l. 10): "Primum annotatiunculas scribimus, non commentarios."
- 577–583 *Haec ... auctoritatem*. Er. zitiert diese Worte in der *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB* IX, 262 F – 263 A = *ASD* IX, 4, p. 304, ll. 543–549: "Porro disputationem claudio his verbis: 'Haec paucis libuit delibare quo doctis'" etc.
- 579 *ecclesiae catholicae* Schluss von f^o 698^v.
- 580 *in priore aeditione* In der Ausgabe *A* nicht nachweisbar. Er. meint vermutlich sein Versprechen in *Annot. in Mt.* 19, 3, *ASD* VI, 5, p. 265, ll. 837–838: "[B] Sed hisce de rebus, vt [D] antehac [B] attigimus nonnihil, ita copiosius dicitur in Paulinis Epistolis, [E] *I. Corinth.* 7."
- 581 *subindicaueram* Cf. app. crit. ad loc.: in *B–D* 'subindicaueramus' (so auch *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB* IX, 263 A = *ASD* IX, 4, p. 304, l. 547).
- 582 *putaui* Cf. app. crit. ad loc.: in *B–D* 'putauimus' (so auch *LB* IX, 263 A = *ASD* IX, 4, p. 304, l. 548).

optaremus, si qua fieri possit per ecclesiasticam auctoritatem. [C] Miserebat me
 illorum, quos videbam huiusmodi vinculis inextricabilibus implicatos, quos scie-
 585 bam esse plurimos, praesertim apud Britannos, apud quos hoc opus primum
 deformabam. Videbam viros olim probatae doctrinae sanctimoniaeque non fuisse
 deterritos Euangelii Paulique verbis, quo minus admitterent diuortium; videbam
 quaedam secus posse exponi quam hactenus exposita sunt. Videbam hoc tribui
 pontifici Romano, vt Euangelicam et apostolicam doctrinam interpretetur,
 590 astringat, laxet, dispenset et iuxta quosdam etiam abroget aliqua in parte. Vide-
 bam et hodie matrimonium dirimi ob errorem personae et conditionis etiam
 consummatum coitu. Ob lapsum in haeresim etiam illud dissolui, de quo dubi-
 tari non poterat, quin verum esset matrimonium. Videbam ob professionem
 instituti humani, ob mutatum pallium, sponsum legitimum fraudari sua sponsa.
 595 Videbam per Romanum pontificem personas reddi inhabiles, quas neque natura
 neque lex diuina fecerat inhabiles; ac eiusdem videtur potestatis, hominis autori-
 tate vetare ne coeat matrimonium et efficere vt dirimatur matrimonium. Vide-
 bam scripturam hac in parte, vt in plerisque, esse perplexam et ancipitem. Vide-
 bam veteres interpretes doctissimos a recentioribus dissidere. Videbam quanta sit
 600 auctoritas ecclesiae a Christo tributa, cui dederit clauas regni coelorum. Cogita-
 bam ecclesiam habere sponsi sui spiritum neque posse non recte statui, quod ad
 hominum salutem illo autore statueretur. Videbam quam esset ingens Romani
 pontificis clementia, quae succurrat etiam iis qui apud inferos citra periculum
 exitii aeterni cruciarentur. Cupiebam et iis succurri, qui quum | aeternae salutis
 605 periculo hic discruciantur in vita nihil commeriti. Videbam ea quae obiiciun-
 tur, facile posse dilui citra nostrae religionis iniuriam. Videbam rationes quas
 adducunt hac in causa veteres ac neoterici, non esse tam vrgentes, vt ad tantam
 adigant necessitatem hominum genus. His rebus commota charitas Christiana
 proposuit iis, qui me plus cernunt, dispicerent, si qua ratione sermo Euangelicus
 610 ac Pauli dispensari posset ad plurimorum salutem, ad quam omnia scripta sunt
 nobis et ad quam Paulus nonnunquam etiam detorquet sacras literas. Quod si
 hoc quod opto, fieri non potest, certe illud potest statui, ne matrimonia praeter
 veterum omnium morem, praeter aequitatem naturalem, tam facile, ne dicam
 tam temere, coeant. Etenim si Romanus pontifex statuere potest, ne coniugium
 615 inter tertio gradu coniunctos sit coniugium, idem videlicet statuere potest, ne
 inter eos qui alienae sunt potestatis, ne inter adulescentulos, puellas, ebrios,
 inconsultos, nullo maiorum consilio sed lenonum ac lenarum impulsu vel stulti-
 tiae potius consilio rem gerentes ratum sit matrimonium. Hac certa via fiet, ne
 tam multi miserabilibus nexibus implicentur.

620 [40] [A] Beatior autem erit. Graece [B] habet [A] 'est' praesentis tempo-
 ris, non 'erit'. [B] Vel ex hoc apparet, quum superius diceret mulierem non tan-
 gere bonum esse, non de vitio, sed [E] de [B] vitae commoditate sensisse. [A]
 Secundum meum consilium. Κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην, id est 'mea sententia'
 siue 'meo iudicio' [B] liberum interim faciens hac in re suum cuique iudicium.

623–624 *Secundum meum ... meo iudicio inter 763 firmus et 769 (p. 144) Potestatem*

585–586 *praesertim ... deformabam* Dazu: Brown, *Erasmus' Latin Translation of the New Testament*, pp. 351–380 und Rummel, *Annotations*, pp. 10–26.

586–587 *Videbam ... diuortium* Cf. z.B. Ambrosius / Ambrosiaster, cf. supra ll. 892–895 und ll. 899–900.

588–590 *Videbam ... parte* Er. sagt nahezu dasselbe, ll. 60–67.

590–592 *Videbam ... coitu* Cf. ll. 294–295 und n.ll. 294–297. Der 'error personae' und der 'error conditionis' wurden von Er. in der *Inst. Christ. matrim.* LB V, 633 F – 634 B als 'impedimentum quartum' besprochen: "Quartum est error ... si error incidat in eo quod ad matrimonii rationem quasque substantiam attinet, velut error personae vel status ... non coit matrimonium", nach *Decretum Gratiani*, secunda pars, C. 29, q. 1, Friedberg I, 1091: "Error personae est, quando hic putatur esse Virgilius, et ipse est Plato ... Error conditionis, quando putatur esse liber qui seruus est ... Error vero personae et conditionis coniugii consensum non admittit." N.B.: In bestimmten Fällen hielt man die Ehe – in kirchenrechtlicher Hinsicht – für nicht vollzogen und es gab deshalb kein matrimonium, cf. Norskov Olsen, pp. 18–20.

592–593 *Ob lapsum ... matrimonium* Cf. supra ll. 953–955; ll. 121–122 und n.l. 122; n.ll. 125–127. Es handelt sich um eine heikle Frage: Nach Innocentius III. kann eine Ehe nicht wegen Häresie aufgelöst werden (*Decretal. Greg. IX*, lib. IV, tit. 19, cap. 7, Friedberg II, 723), wenn auch Coelestinus das Gegenteil behauptet (*Decretal. Greg. IX*, lib. III, tit. 33, cap. 1, Friedberg II, 588). Das Konzil von Trient bestimmte: "Siquis dixerit, propter haeresim ... dissolui posse matrimonii vinculum: anathema sit" (Denzinger 1805, p. 574).

593 *verum ... matrimonium* Die Kirche unterscheidet das 'matrimonium verum et ratum' der Gläubigen und das 'matrimonium verum' der Ungläubigen (Friedberg II, 723).

593–594 *Videbam ... sponsa* Er. erläutert ll. 543–547 (Zusatz E) den betreffenden Betrug.

595–597 *Videbam ... matrimonium* Siehe Er.' Anmerkung, *Inst. christ. matrim.* LB V, 627 F: "Quum enim inter Ecclesiae Sacramenta numeretur matrimonium, multaue super hoc statuerint Evangelicae ac Paulinae litterae, visi sunt Pontifices suo quodam iure tractationem huius materiae sibi vindicare"

posuit A.

und 651 E: "Si Romanus Pontifex inhabiles reddit, inter quos intercessit cognatio spiritualis, nimirum poterit et hos [sc. personas quae mentis non sunt compotes] inhabiles ad contrahendum reddere." Vielleicht schwebte Er. ein bestimmter Fall vor.

598–599 *Videbam ... dissidere* Er. bespricht die 'veteres interpretes' supra ll. 818–931 (Origenes, Tertullianus, Ambrosius); 305–399 (Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus), die recentiores supra ll. 933–174; 403–418. Nicht nur sind die 'veteres' einerseits und die 'recentiores' andererseits verschiedener Meinung, sondern auch die 'veteres' bzw. die 'recentiores' sind unter sich nicht gleicher Meinung.

599–600 *Videbam ... coelorum* Cf. *Mt.* 16, 18–19.

602–604 *Videbam ... cruciarentur* Er. dürfte auf das Dekret aus dem Jahre 1518 – während des Pontifikats von Leo X. –, worin die kirchliche Lehre über die Ablässe dargelegt worden ist, anspielen (Denzinger 1447–1449, p. 486 sq.).

611–614 *Quod si ... coeant* Dazu ll. 525–526: "Cura, vt non tam facile coeant coniugia" und *Inst. christ. matrim.* LB V, 641 B C. Mehrmals rät Er. seinen Lesern die Ehe ernst zu nehmen.

614–615 *Etenim ... coniugium* Er. behandelt als 'impedimentum septimum' die komplizierte Frage der Verwandtschaft im Zusammenhang mit der Ehe in der *Inst. christ. matrim.* LB V, 637 C – 638 D. Zu diesem 'impedimentum': Lombardus *Sent.* IV, dist. 41–42, vol. II, p. 495 sqq.

620 *Beatior autem erit Nov. Test.:* "attamen beatior est."

620–621 *Graece ... erit 'Est'* nach ἐστίν ist eine v.l. (so auch Bentley). Das griechische ἐστίν in der Apodosis wird hier wohl in 'verallgemeinernder Bedeutung' verwendet sein, cf. Schwyzer II, p. 684.

621 *superius* Sc. I. *Cor.* 7, 1.

622 *non de vitio ... sensisse* Im Zusammenhang mit I. *Cor.* 7, 1: "Bonum est mulierem non tangere" erläutert Er. seine Auffassung, dass im Kontext dieser Perikope 'bonum' 'commodum' entspreche, cf. *Annot. in I. Cor.* 7, 1, ll. 392–393: "Si commodum est non ducere vxorem ... incommodum est igitur ducere" und ll. 400–401: "commodius erat abstinere a matrimonio."

623 *Secundum meum consilium Nov. Test.:* "iuxta meam sententiam."

625 [A]

EX CAPITE OCTAVO

[1] [B] *Scientia inflat, charitas aedificat.* Hunc locum eo torquent quidam, vt dicant esse periculosum bonas literas attingere, quum ipse Paulus paulo ante de se dixerit: *Scimus quod omnes scientiam habemus*, videlicet de se sui que similibus loquens. Proinde non vetat Paulus, ne non amplectamur scientiam, sed ne desit scientiae charitas, alioqui nihil aequae inflat atque inscitia. Tractat hunc locum eleganter Augustinus, libro *Aduersus Faustum* decimoquinto, capite octauo.

[2] [A] Si quis autem existimat se scire. Εἰ δὲ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, 'si quis quid videtur scire' aut 'si quis sibi videtur aliquid scire', vt intelligas omnem scientiae persuasionem oportere abesse. Nondum cognouit. Οὐδὲ πω οὐδὲν ἔγνωκεν, id est 'nondum quicquam nouit', vt intelligamus hanc esse praecipuam scientiae partem, nosse rationem sciendi. [B] Iam tametsi Graecae negationis congeminationo est ex idiomate sermonis, tamen nonnihil facit ad vehementiam, alioqui vertendum erat ad verbum 'nondum nihil nouit'. Hic rursus libet istos quosdam anxie religiosos appellare, qui nihil omnino mutandum putant in diuinis literis, ne iota quidem aut apicem, cur hic ausus est interpres totam negationem omittere? Aut quinam explicabunt hunc locum qui dialecticorum regulas per omnia sanctas et ἀκινήτους esse contendunt?

[4] [A] De escis. Περὶ δὲ τῆς θρώσεως τῶν εἰδωλοθύτων, id est 'de esu vero eorum quae idolis immolantur'; [D] quidam vertunt *immolantia*. Dure vertit Graeca. Quis enim dicitur 'immolare escas'? Nec abest amphibologia. Potest enim accipi, quod ea quae immolantur idolis comedant. Et miror hic escarum vocabulum placuisse interpreti, quum Graeca commode reddi potuerint 'de esu eorum quae simulacris immolantur'. [A] Quia nihil est idolum. Ὅτι οὐδέν, potest legi 'quod nullum est' siue 'nihil esse idolum', nam addidit *in mundo*. Melius autem vertisset ὅτι, 'quod'. Ambrosius pro idolo semper legit 'simula-

626 eo C-E: stultissime B.

627 quidam D E: quidam in eum sensum B C.

633 τι A-D: τὸ E.

636 ἔγνωκεν B-E: ἔγνωκε A.

638 est D E: sit B C.

644 vero A-C E: verum D.

626 *Scientia ... aedificat* (charitas vero, sic *Nou. Test.*).

627 *quidam* Im Werk *Antibarbari* (entstanden 1494-1495; zum erstenmal gedruckt 1520) behandelt Er. die vorliegende Paulusstelle: *ASD* I, 1, p. 86, l. 5 sqq. und - ausführlicher - p. 93, l. 25 sqq. Die alte Frage, "ob sich antike Kultur und Wissenschaft mit dem christlichen Glauben in Einklang bringen lassen" (Augustijn, *Erasmus*, p. 26), wird im Dialog *Antibarbari* diskutiert. Er. prangert die 'neueren Theologen', deren Namen er nicht nennt, an, weil sie die 'bonae litterae' ablehnen. Siehe *ASD* I, 1, p. 93, l. 25 sqq.:

"Illud Pauli scientia inflat, quomodo accipiendum. Verum instant interim suo more et illud Paulinum constanter ingerunt. *Scientia inflat, charitas aedificat.* Non mentitur, inquirunt, Apostolus, *inflat scientia*. Nemo negat, sed inflat et inscitia. Quid dicitis, o theologi, et iidem inscii" etc. An der vorliegenden Stelle der *Annot.* meint Er. vermutlich dieselben unwissenden Theologen, die im Werk *Antibarbari*, aber auch oft in seinen Briefen erwähnt werden: Ep. 337, ll. 319-347; Ep. 456, ll. 129-143; Ep. 541, ll. 60-66; Ep. 868, ll. 43-48 etc. Zu Er.' Interpretation dieser Stelle: Ernst-Wilhelm Kohls, *Die Theolo-*

- gie des Erasmus, 1. Bd., *Theologische Zeitschrift*, Sonderband I, 1, Basel, 1966, pp. 62-68.
- 628 paulo ante Cf. 1. Cor. 8, 1a (scimus quia).
629-630 Proinde ... *charitas* Cf. *Antibarbari*, ASD I, 1, p. 94, ll. 31-32: "Paulus non vult scientiam esse nullam, sed incomitatam esse non vult, nempe sine charitate."
- 631 *Augustinus Contra Faust.* XV, 8, CSEL 25, p. 433, ll. 10-19. Er. fasst Augustinus' Meinung in den *Antibarbari*, ASD I, 1, p. 95, l. 2, folgendermassen zusammen: "Per se, iniquus [sc. Aug.], inutilis est scientia, cum charitate vtilis" (cf. ASD I, 1, p. 95, n.l. 1). Ähnlich Ep. 2157, ll. 285-286: "Scientia, si absit charitas, inflat: charitas absque scientia nonnunquam pernicioosa pro salutiferis amplectitur."
- 633 Si ... *scire* *Nov. Test.*: "quod si quis sibi videtur aliquid scire" (si quis: *si quis autem* v.l.; Er.' Vg. Text von 1527; se existimat: *existimat se* v.l.).
- 633 Eī ... τι (εἰ τις δοκεῖ ἐγνώκεναι τι: εἰ δὲ τις und εἰδέναι v.l.; AN III 11).
- 635 *Nondum cognovit* *Nov. Test.*: "nondum quicquam nouit."
- 635-636 Οὐδέ πω οὐδὲν ἔγνωκεν (οὐπω ἔγνω: οὐδέπω οὐδὲν und ἔγνωκεν v.l.; AN III 11).
- 637-638 *Graecae ... vehementiam* Zu dieser 'congenitatio': Schwyzer II, p. 598 Anm. 3 und Blass-Debrunner §431.2: "Einander verstärkend (klass.): οὐ / οὐδέ usw ... οὐδέϊς." Zum Fachausdruck 'vehementia': n.l. 65 zu 2. Cor. 6, 8.
- 639-641 *istos ... literis* Z.B. Ep. 456, ll. 75-79: "Vociferantur καὶ σχετλιάζουσιν, O coelum, o terra, corrigit hic Euangelia! At quanto iustius exclamandum erat in corruptorem, O sacrilegium, deprauat hic Euangelia! Neque enim nos nouam prodimus aeditionem, sed veterem pro virili restituimus, at ita vt hanc nouam non labefactemus." Schon 1514 hatte Dorpius an Er. geschrieben, dass der vorhandene lateinische Bibeltext keine Fehler enthalten konnte, weil die unfehlbare Kirche diese Bibel benutzte, cf. Ep. 304, ll. 98-100: "Non enim est consentaneum vniuersam ecclesiam tot iam seculis errasse, quae et vsa est semper et nunc quoque tum probat tum vitur hac aeditione" (cf. Augustijn, *Erasmus*, p. 84). Nach der Veröffentlichung des *Nouum Instrumentum* brach die Kritik erst recht los, cf. Bludau, p. 58 sqq.; "quosdam anxie religiosos" bezieht sich vermutlich auf Er.' Kritiker in England, Frankreich, Deutschland und in den Niederlanden, von denen Lee vielleicht der erbitterteste (Bludau, pp. 86-125), Stunica der gelehrteste war (Bludau, pp. 125-140).
- 641 *ne iota ... apicem* Cf. *Mt.* 5, 18: "Iota vnus aut vnus apex non praeteribit a lege", cf. *I.c.* 16, 17.
- 643 ἀκινήτους Cf. *Adag. Proleg.* ASD II, 1, p. 46, l. 27; *Adag.* 561 (Non mouenda moues), ASD II, 2, p. 88 und *Adag.* 4093 (Non mouenda loqui), ASD II, 8, p. 310.
- 644 *De escis* *Nov. Test.*: "de esu."
- 644 Περὶ ... εἰδωλοθύτων (περὶ τῆς θρώσεως οὐκ τῶν εἰδωλοθύτων, sic AN III 11 und *Nov. Test.*: περὶ δὲ v.l.).
- 644-645 *de esu ... immolantur* *Nov. Test.*: "de esu igitur eorum quae simulacris immolantur."
- 645 *quidam vertunt* D.h.: Manche übertragen das Wort εἰδωλόθυστα durch 'immolatiua'. Cf. *Annot. in 1. Cor.* 10, 28, ll. 94-95: "Vetusti codices habent: Hoc immolatiuum est idolis. Atque ita legitur apud Ambrosium" (Zusatz B) und *Annot. in Act.* 15, 29, LB VI, 493 E: "Τῶν εἰδωλοθύτων, id est, ab iis quae immolantur simulacris. Suspicio interpretem scripsisse ab immolatiis simulacrorum. Nam hoc verbo frequenter vitur Ambrosius" (Ambrosiaster, cf. z.B. *Comm. in 1. Cor.* 10, 28, CSEL 81, 2, p. 117, l. 12). Lombardus, *Collectanea in Epist. Pauli*, Migne PL 191, 1601 A B: "Hic agit de idolothytis, id est immolatiis idolorum." Aug. verwendete den betreffenden Ausdruck mehrmals, cf. *ThLL* s.v. immolatiuus (487).
- 645-646 *Dure ... escas* Vg.: "de escis autem quae idolis immolantur."
- 646 *amphibologia* Zur amphibologia = amphibolia: Lausberg §222 und ASD VI, 5, p. 44 s.v. amphibologia (cf. n.l. 221 zu 1. Cor. 1, 25).
- 649 *Quia ... idolum* *Nov. Test.*: "quod nullum est simulacrum."
- 651 *Melius ... quod* Mit 'quod' / 'quia' (quoniam) eingeleitete Sätze ersetzten im Spätlatein - wie mit ὅτι eingeleitete Sätze im Spätgriechischen - oft die Konstruktionen mit Inf., cf. Nunn, *Ecclesiastical Latin*, §§112-115, pp. 51-54. Kaulen, §127, p. 211; §§185-186, pp. 245-247. Plater-White, §134, pp. 118-121. Zum Verhältnis zwischen den Konjunktionen quod und quia: Hofmann-Szantyr, §312 a, p. 577. Mohrmann, *Études* III, p. 118 sq. und p. 394 sq.: "'Quia' était plus populaire que 'quod' et très usuel dans le latin des chrétiens; c'est la conjonction privilégiée des sermons de saint Augustin. 'Quod' était la conjonction le plus distinguée."
- 651 *Ambrosius* Z.B. Ambrosiaster, *Comm. in 1. Cor.* 8, 4, CSEL 81, 2, p. 93, l. 4 ("quia nihil est simulacrum") und die varia lectio, p. 93, l. 1 ("simulacris immolatorum").

- crum'; nam 'idolum' Graeca vox, sed a Latinis iam vsurpata, et θύω, 'sacrifico': inde εἰδωλόθυτα, 'simulacris immolata', pro quo vulgus legit *idolotica*, mendose, [B] quum in Paulino codice scriptum habeatur *idolothya*. Thomas Aquinas adducit nouam differentiam inter 'idolum' et 'simulacrum', quod simulacrum sit effictum ad similitudinem alicuius rei naturalis, idolum contra, *ut, inquit, si | corpori humano addatur caput equinum*. Quae distinctio vera sit necne, iudicent alii, mihi lexico, quod Catholicon inscribunt, non indigna videtur. Certe Ambrosius nullum nouit discrimen inter 'idolum' et 'simulacrum'; nec ego vllum video, nisi quod 'simulacrum' est vox Latina a simulando dicta, 'idolon' Graeca ab εἶδος, 'species', quod speciem et imaginem inanem prae se ferat, quum absit veritas; vnde quae nos 'spectra' vocamus, Graeci vocant εἰδωλα. [A] Nullus est Deus nisi vnus. Ἐτερος, id est 'alius', deest in nostris. Et sicut non est vllus Deus praeter vnum, ita non est idolum, quod deum aliquem repraesentet.
- 655
LB 704
660
665 [5] Siquidem sunt dii. Ὡσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοί, [B] id est, [A] 'quemadmodum sunt dii multi'. Fortasse interpres legit εἴπερ. [B] Siquidem sunt dii multi et domini multi. Totum hoc abest apud Ambrosium, adeo vt nec edisserens indicet se legisse. Non erat autem hinc periculum ne plures deos crederemus, quum satis manifeste testetur illos non esse simpliciter deos aut dominos, sed illis esse deos ac dominos, a quibus colebantur. Quemadmodum et Paulus Romanis scribens dicit deum pseudapostolorum esse ventrem. Huic respondet quod sequitur *nobis autem* et caetera. Itidem et de se paulo post: *Et si aliis non sum apostolus, sed tamen vobis sum*. Rursus non appellat eos simpliciter deos ac dominos, sed ait vocari deos ac dominos videlicet nomine, non re, et opinatione, non virtute.
- 670
675 [6] Ex quo omnia et nos in illo. Graece est: *et nos in illum*, atque ita primum scriptum erat in exemplari, quae viderim omnium emendatissimo bibliothecae Paulinae; quod tamen ita fuit erasum, vt euidentissimum rasurae vestigium testetur adhuc germanam scripturam. Neque vero nescio Graecam praepositionem esse ancipitem, neque me fugit quid interpretentur Ambrosius ac Thomas; mihi tamen videtur germanus *in illum*, vt respondeat ei quod praecessit, *ex quo omnia*, tanquam ab autore summo, *et nos in illum* ad quem ceu fontem omnia referenda sunt. [D] Aut omnia quidem sunt ex illo qui condidit vniuersa, nos tamen qui credidimus per fidem in illum conuersi sumus et velut in vnum commissi, quemadmodum interpretatur Theophylactus. Et vnus Dominus. Hic locus facit ad id quod alias admonuimus Paulum fere Dei vocabulum tribuere Patri, Domini Filio, quum alias et Pater vocetur Dominus et Filius dicatur Deus.
- 680
685
690 [8] [A] Esca autem nos non commendat Deo. Οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ, [B] id est, 'commendatos' siue 'gratos reddit Deo'. Quod si vere dixit Pau-

654 Thomas C-E: Diuus Thomas B.

656 idolum D E: idoli B C.

662-663 Nullus ... vnus E: Quia nullus deus A-D.

666-667 dii multi et domini multi E: domini multi et dii multi B-D.

689 commendat B-E: comendat A.

- 653 *vulgus* ... *idolotica* Faktisch ist 'idolotica' nur eine orthographische Variante des Wortes 'idolothyta' (εἰδωλόθητα). Dazu: n.l. 709–710 zu I. Cor. 8, 10.
- 654 *Paulino codice* Cf. n.l. 94 zu I. Cor. 1, 10.
- 654 *Thomas Aquinas Super I. Cor. postilla* 429, p. 314. Der Kommentar von Nicolaus de Gorram hat den fehlenden Abschnitt der lecturae von Thomas Aquinas ersetzt (cf. n.l. 599 zu I. Cor. 7, 17): "Est enim differentia inter idolum et simulacrum, quia simulacrum dicitur quod fit ad similitudinem rei alicuius naturalis; idolum autem ad nullius rei est similitudinem, vt si corpori humano addatur caput equinum."
- 658 *Catholicon* Er. nennt das *Catholicon* mehrmals: *Annot. in Hebr.* 11, 37, *LB VI*, 1017 E: "Iam quanto insulsius, imo impudentius, delirat super hac voce quisquis fuit auctor operis omnium inductissimi, quod vocant *Catholicon*"; *Antibarb. ASD I*, 1, p. 58, l. 12; Ep. 26, l. 89; Ep. 35, l. 85; Ep. 56, l. 32 etc. Er schätzte das Lexikon – eine Grammatik und ein Wörterbuch der lateinischen Sprache – nicht besonders. Das betreffende Lexikon war von dem Dominikaner Johannes Balbi von Genua um 1286 verfasst, in Mainz im Jahre 1460 gedruckt und ist mehrmals neu aufgelegt worden. Zum *Catholicon*: Chomarat I, pp. 199–201, bes. p. 201. Allen, Ep. 26, n.l. 89; *Antibarb. ASD I*, 1, p. 58, n.l. 12. Massaut, *Érasme et Saint Thomas*, p. 602 und n. 115. De Jonge, *Glossa Ordinaria*, p. 69, bes. n. 54.
- 658 *Ambrosius* Cf. Ambrosiaster, *Comm. in I. Cor.* 8, 4, *CSEL 81*, 2, p. 92, l. 23 und p. 93, l. 4. Offenbar sind beide Ausdrücke für ihn gleichbedeutend.
- 662–663 *Nullus ... vnus Nou. Test.*: "nullus sit deus alius nisi vnus" (nullus deus: *nullus est deus* v.l.; Er.' Vg. Text von 1527).
- 663 Ἐτερος ... *nostris* (οὐδεὶς θεός; οὐδεὶς θεός ἕτερος v.l.; AN III 11).
- 665 *Siquidem sunt dii Nou. Test.*: "quemadmodum sunt dii."
- 665–666 Ὡσπερ ... *multi* (*quemadmodum* v.l. der Vg.)
- 667 *Ambrosium* Bei Ambrosiaster, *Comm. in I. Cor.*, *CSEL 81*, 2, p. 93, fehlt *Siquidem ... multi*. Dazu: Vogels, *Das Corpus Paulinum des Ambrosiaster*, p. 73, app. crit. zu I. Cor. 8, 5: "sicut (si quidem) sunt dii multi et domini multi" v.l. (fehlt im Text).
- 670–671 *Paulus ... ventrem Rom.* 16, 18.
- 672 *nobis autem* I. Cor. 8, 6: "nobis tamen" (sic *Nou. Test.*).
- 672 *paulo post* I. Cor. 9, 2 (672 si; *et si* v.l.).
- 676 *Ex quo ... illo Nou. Test.* (und die heutigen Editionen der Vg.): "ex quo omnia et nos in illum" (*illo* v.l.; Er.' Vg. Text von 1527).
- 676 *Graece est* καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν.
- 677–678 *exemplari ... Paulinae* Er. schätzte die beiden Manuskripte, die John Colet ihm zur Verfügung gestellt hatte, cf. Rummel, *Annotations*, p. 36.
- 680 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in I. Cor.*, 8, 6, *CSEL 81*, 2, p. 93, ll. 13–15: "Nos autem cum dicit 'in illo', discreuit nos a ceteris, quae cum ex illo sint, non tamen sunt in illo, dum adhuc non credunt."
- 681 *Thomas D.h. Nicolaus de Gorram, Super I. Cor. postilla* 430, p. 315 (cf. n.l. 654 zu I. Cor. 8, 4). Nicolaus folgt der Lesart 'in illo' und verweist auf *Act.* 17, 28: "In ipso viuimus, mouemur et sumus."
- 685 *Theophylactus Expos. in I. Cor.*, Migne *PG* 124, 660 A: Καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν ἐπεστράμμεθα, καὶ εἰς αὐτόν ἐσμεν ἠρτημένοι.
- 686 *alias* Er. meint vermutlich die Stelle *Annot. in Rom.* 1, 4, *LB VI*, 558 B, oder *Annot. in Rom.* 1, 7, *LB VI*, 559 D E. Die erstgenannte Stelle lautet folgendermassen: "Iesu Christi Domini nostri. Id quoque, lector, in Paulo comperies, quemadmodum annotauit et Ambrosius, atque item in caeteris apostolis. Patri fere tribuunt cognomen dei, Christo domini, quum vtrumque vocabulum vtrique pariter competat eo quod idem est dominium Patris et Filii." Die Benennung 'deus' für den Vater, aber auch für den Sohn, ist im Zusammenhang mit der Interpretation des komplizierten Passus *Rom.* 9, 5, nicht ohne Bedeutung. Er behandelt in seinen *Annotationes* die Stelle *Rom.* 9, 5 ausführlich (*LB VI*, 610 B – 612 B) und der betreffende Kommentar hat seine Gegner (Lee, Stunica, Sanctius Caranza, die spanischen Mönche, Tittelmans) zum Widerspruch herausgefordert: dazu *CWE* 56, p. 246 sq. n. 2; p. 248, n. 8. Vielleicht steht der vorliegende Zusatz *D* mit dieser Polemik im Zusammenhang. Siehe auch: *Annot. in 2. Cor.* 13, 13, l. 486: "[*D*] Suo more Patrem appellat *Dcum*, Filium *Dominum*."
- 689 *Esca ... Deo Nou. Test.*: "atqui esca nos non commendat deo."
- 689–690 Οὐ παριστήσι τῷ Θεῷ (παριστήσῃ; παριστήσι v.l.; AN III 11).
- 690–692 *Quod si ... iudicemur?* Er. hielt die viele kirchlichen Speisegesetze und Fastenvorschriften für fraglich und bringt sie in *De interdicto esu carniuum* (*ASD IX*, 1, pp. 19–50) als eins der Themen des Traktats zur Sprache. Er ist den gemeinten Vorschriften nicht

lus, vnde nunc inter Christianos tot praecepta de ciborum generibus? vnde tanta in his obseruandis superstitio, vt pene nulla ex re magis iudicemur? [A] Deficiemus. Ὑστερούμεθα, id est 'minus habemus'. Ambrosius legit: *non deerit nobis*. Sensus est: 'nihil habere momenti ad pietatem, [B] quibus vescamur cibis'.

695 Porro Graecis vtrumque verbum est praesentis temporis, περισσεύομεν et ὕστερούμεθα, 'plus habemus' et 'minus habemus'. Neque enim temporis rationem declarare voluit Paulus, sed rei naturam, veluti si quis dicat 'pauperes vbique negliguntur'.

[9] [A] Ne forte haec licentia. Ἡ ἐξουσία, id est 'potestas' siue 'ius'. 700 Nec est *eum* sed 'te': ἐὰν γὰρ τις εἴδῃ, σὲ τὸν ἔχοντα γινῶσιν, id est 'nam si quis viderit te, qui habes scientiam'. Porro secundam personam ex consuetudine sermonis pro quavis persona posuit.

[10] In idolio. Ἐν εἰδωλείῳ, id est '[B] in [A] idolo' penultima producta. Est autem idoleum locus simulacrorum aut mensa in qua carnes sacrae proponebantur. Et cur non 'accumbentem' potius quam *recumbentem*, κατακείμενον? [B] 705 Nam recumbunt resupinati. [A] Nonne conscientia eius quum sit infirma. Ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος, id est 'conscientia eius qui infirmus est, aedificabitur' et caetera. [C] Interpres legisse videtur ἀσθενῆς οὕσα. | [A] 705 Idolotica. Reliquit aliquoties hanc vocem non versam. 'Idolothyta' vero scribendum est, id est 'idolis immolata', παρὰ τὸ εἰδωλὸν καὶ θύω, vt modo admonuimus.

[12] [C] In Christum peccetis. Hoc loco nescio an subscribendum sit sententiae Ambrosianae, qui legit *in Christo*, non *in Christum*. Id enim declarat illius interpretatio. *Quando enim charitatis non aemuli sunt, qua Christus nos liberavit, peccant in Christo, non in Christum, quia in Christum peccare, negare est Christum; in Christo autem, in haec quae sunt Christi. Sicut et hic qui sub lege est, in lege dicitur peccare, ita et hi qui sub Christo sunt, in Christo peccare dicuntur.* Certe Graeci legunt 'in Christum'; qui sermo vt sit anceps, tamen [E] Chrysostomus ac [C] Theophylactus interpretatur hanc iniuriam admitti in Christum, 720 quandoquidem committitur in membrum Christi.

[13] [A] Non manducabo carnem. Οὐ [D] μὴ [A] φάγω, id est 'non manduco' siue 'non edo' aut 'vescor carnibus'. Et est ἐμφατικώτερον per tempus praesens, [B] tametsi non negem in his verbis Graecos aliquoties abuti verbo

693 habemus B-E: habebimus A.

700-702 Nec est ... posuit *inter* 704-705 proponebantur Et *et* cur *posuit* A.

703-705 In idolio ... [703 in *om.* A] κατακείμενον *inter* 710-711 admonuimus *et* 721 Non

manducabo *posuit* A [*sed cf. n.ll.* 700-702].

712 peccetis E: peccemus C D.

718 tamen D E: Ac C.

721 carnem E: carnes A-D.

ganz abgeneigt, aber die Rolle, die die betreffenden Gebote in der Religiosität und in der

Kirchengemeinschaft spielen, gefällt ihm nicht. Was Er. über den Wert kirchlicher

- Zeremonien im allgemeinen sagt, gilt besonders auch für die Speise- und Fastenvorschriften, *ASD IX*, 1, p. 45, ll. 809–811: “Haec si immodice adhibeantur, obruunt euangelicam libertatem. His fidere, vt fere vulgus hominum solet, pestis est verae pietatis. Ex his obtractare fratri venenum est euangelicae religionis.” Dazu: die Einleitung zu dieser Schrift, *ASD IX*, 1, pp. 3–13.
- 692–693 *Deficiemus Nov. Test.*: “quicquam nobis deest.”
- 693 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in 1. Cor., CSEL 81*, 2, p. 94, ll. 16–17: “neque si non ederimus, deerit nobis.”
- 696–698 *Neque ... negliguntur* Er. meint “das generelle Praes. von allgemeinen, stets aktualisierbaren Wahrheiten (Verg. ecl. 10, 69 *omnia vincit amor*, usw.),” Hofmann-Szantyr, §170, p. 305.
- 699 *Ne forte haec licentia Nov. Test.*: “ne quo modo facultas illa [ista A–C] vestra.”
- 700–702 *Nec ... posuit* Cf. app. crit. n.ll. 700–702: Er. hat die vorliegende Anmerkung umgestellt. Im Grunde soll *eum* (l. 700), anstatt *In idolio* (l. 703), das neue Lemma eröffnen, weil die Anmerkung *Nec ... posuit* zu 1. *Cor.* 8, 10 gehört. Das Layout der Ausgaben B–E wird jedoch beibehalten.
- 700 ἐάν ... γυνῶσιν (ἰδῆ: εἰδῆ v.l.; AN III 11).
- 701–702 *Porro ... posuit* Zum Gebrauch der 2. Pers. im allgemeinen Sinn: Blass-Debrunner §281.
- 703 *In idolio Nov. Test.*: “in epulo simulacrorum.”
- 703 Ἐν εἰδωλείῳ ... *producta* Es gibt neben ‘idolium’ die Form ‘idoleum’. Die paenultima hat lange Quantität, sowohl das (zweite) i (idolium) als das e (idoleum), aber nach Prudentius ist idoli(um) daktylisch (cf. Lewis-Short s.v. idoleum und Souter, *Glossary* s.v. idolium).
- 704–705 *Est ... proponebantur* Nach Lewis-Short s.v. idoleum: an idol-temple; Souter, *Glossary* s.v. idolium: temple (shrine) dedicated to images (of pagan gods); Liddell-Scott s.v. εἰδωλείον: idol’s temple (1. *Cor.* 8, 10 wird erwähnt). Moulton-Milligan umschreiben: “εἰδωλείον or εἰδώλιον as the word is read in the best Mss., occurs several times in the LXX, but in the NT only in 1 *Cor.* 8¹⁰. No instance has been found as yet in profane Greek, but we may compare such analogous forms as Ἰσιεῖον and Ἀνουβιεῖον, shrines dedicated to Isis and Anubis ... The invitation in P Oxy I. 110 (ii/ A.D.) δεῖπνῆσαι εἰς κλείνην τοῦ Κυρίου Σαράπιδος ἐν τῷ Σαρχαπέῳ,” to sup at the table (couch) of the lord Serapis in the Serapeum “is also an excellent illustration of 1 *Cor.* 8¹⁰, 10^{24,27}.”
- 705 *Et ... recumbentem* ‘Recumbere’ hat wie ‘accumbere’ die Bedeutung ‘sich zur Tafel legen’ (z.B. Cic. *Verr.* 2, 3, 61): cf. Georges s.vv.
- 706–707 *Nonne ... infirma Nov. Test.*: “nonne conscientia eius qui infirmus est.”
- 708 *Interpres ... οὔσα* Zur varia lectio ἄσθενη-σουςα: Wordsworth-White und Tischendorf ad loc. Er. und Bentley folgen der Lesart der meisten der griechischen Mss.: ἄσθενοῦς ὄντος. Bentley übersetzt: “cum sit infirmus.”
- 709 *Idolotica Nov. Test.*: “ea quae sunt simulacris immolata” (idolothyta).
- 709 *Reliquit ... versam* Cf. 1. *Cor.* 8, 7; *Ap. Ioh.* 2, 20.
- 709–710 *Idolothyta ... est* Siehe die orthographischen Varianten: idolothyta, idolothita, idolotyta, idolotita etc. (Wordsworth-White ad loc.). Er. hat in der Ausgabe *D* die Anm.: “Idolotica, pro, idolothyta” der *Loca manifeste deprauata* gestrichen, vielleicht weil es nur eine orthographische Variante betrifft (cf. n.l. 653 zu 1. *Cor.* 8, 4). Zum Begriff εἰδωλόθυτον: *ThWNT* 2, p. 375 sq.
- 710 *modo* Cf. *Annot. in 1. Cor.* 8, 4, ll. 652–653.
- 712 *In Christum peccetis Nov. Test.*: “in Christum peccatis” (in Christo peccatis: in *Christum* v.l.; *peccetis* nicht belegt).
- 713 *sententiae Ambrosianae* Ambrosiaster, *Comm. in 1. Cor., CSEL 81*, 2, p. 96, ll. 1–6 (715–716 negare Christum est).
- 718 *Graeci* Cf. den griechischen Text: εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε.
- 718–719 *Chrysostomus In 1. Cor. hom.* 20, 5, Migne *PG* 61, 167.
- 719 *Theophylactus Expos. in 1. Cor., Migne PG* 124, 664 A.
- 721 *Non ... carnem Nov. Test. A.*: “non comedo carnes”; *Nov. Test. B–E.*: “hauquaquam vescar carnibus.”
- 721–725 *Ὁὐ ... vehementiae* Zur Redewendung οὐ μὴ φάγω: Blass-Debrunner §365: οὐ μὴ mit Konj. Aor. oder Ind. Fut. Es betrifft einen “Ausdruck einer bestimmten negativen Behauptung, einer starken Verneinung” (Schwyzer II, p. 317), aber “im NT ist diese Ausdrucksweise meist weniger emphatisch als im Klass.” (Blass-Debrunner loc. cit.). Er. hält φάγω für eine Form des Pr. statt für den Konj. des Aor. (1. Pers. Sg.). Zum Terminus ‘vehementia’: n.l. 65 zu 2. *Cor.* 6, 8, cf. n.ll. 637–638 zu 1. *Cor.* 8, 2.
- 723–724 *tametsi ... futuri* Zum futurischen Gebrauch des Präsens: Blass-Debrunner §323.

725 praesentis temporis vice futuri [*E*] et geminatam negationem nihilo plus efficere
 quam vnam, nisi quod aliquid addit vehementiae. [*B*] Illud obiter annotandum,
 quum Paulum in idolothytis nihil offendat, praeter offensionem infirmi, quem
 ferri vult, duntaxat in hoc vt proficiat, mirum est cur Augustinus in epistola ad
 730 Publicolam centesima quinquagesimaquarta pronunciauerit melius respui Chri-
 stiana virtute cibum in idolio repertum, ei qui ob famem de vita periclitetur,
 etiamsi nullus adsit hominum, modo sciat eum cibum simulacris immolatum
 fuisse. Opinor et hunc locum retractaturum fuisse, si monitus rem propius
 expendisset. Iam vero quod hic Paulus de scandalo vitando disserit, non opinor
 ad quoduis scandalum vitandum esse pertrahendum. Nam ingens est scandalum
 735 idololatriae et illis temporibus suspicio pene inuincibilis. Et tamen Paulus infir-
 mum docet offendi non debere et firmi scientiam magis approbat, tantum
 concedi vult infirmitati, quae vinci non possit. At nos dum quasuis ineptias vulgo
 receptas vltro sequimur, quid aliud quam alimus infirmitatem populi? Nec enim
 damus operam, vt illi desinant esse infirmi, sed vt ipsi cum illis infirmemur.
 740 Quod si is qui firmior est, semper obsequundabit infirmitati alienae et huius-
 modi obsequiis semper in maius gliscent et augescent offendicula, quis tandem
 offendiculorum erit finis? aut quando habituri sumus Christianos in Christo
 fortes et adultos? Distinguamus igitur offendiculi causas et stultam huiusmodi
 quorundam infirmitatem non alamus, sed corrigamus.

EX CAPITE NONO

745 [1] [*A*] Non sum apostolus? Apertius erat ‘an non sum apostolus?’ Nam
 plane Graeci legunt per interrogationem, quae tamen vehementius affirmet, vt sit
 impudens contradicere. Nec est quod metuamus, ne haec videantur arrogantius
 dicta a Paulo. Nihil enim magis in illum conuenit quam huiusmodi sancta quae-
 dam ostentatio et pia insolentia, qua aliis quoque locis vtitur.

750 [2] [*B*] Signaculum apostolatus mei vos estis. ‘*Ἡ γὰρ σφραγίς*, id
 est ‘sigillum’, quo certa fides fiat autoritatis apostolicae, quemadmodum vulgatis
 etiam prouerbiis, quod vehementer certum et indubitatum intelligi volumus, id
 dicimus obsignatis literis testatum.

755 [3] [*A*] Qui me interrogant. *Τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν*, id est [*B*] ‘iis [*A*] qui
 me diiudicant’. Quanquam et hic sensus esse potest: ‘hoc illis respondeo qui me
 interrogant’, hoc est ‘qui rogant, quo argumento doceam me esse apostolum’. Est
 enim verbum ambiguum, quod significat tum ‘interrogo’ tum ‘excutio’ et ‘exa-
 mino’; [*B*] et tamen annotauit hoc quisquis fuit, cuius extant collectanea in hanc
 epistolam nomine Hieronymi. [*E*] Chrysostomus varie interpretatur: ‘Qui scire
 760 quaerunt, vnde constet quod sim apostolus, aut qui mihi crimini vertunt quod
 accipiam pecunias, aut qui percontantur, quamobrem non accipiam, aut qui
 766 conantur persuadere me non | esse apostolum, his omnibus respondeo me in
 vobis declarasse quod sim apostolus, et aduersus eosdem me defendo iis rationi-
 bus quas mox dicam: An non habemus potestatem edendi ac bibendi?’ et caetera.

765 [5] [A] Nunquid non habeo. Μη οὐκ, id est 'an non habeam?' Sororem mulierculam. Ἀδελφήν γυναῖκα, id est 'sororem mulierem' [B] atque ita scri-

735 scientiam *D E*: fortitudinem *B C*.

751 autoritatis apostolicae *D E*: apostolatus *B C*.

754-758 Qui me interrogant ... [754 iis *om. A*]

727 *Augustinus Epist.* 47, 6, *CSEL* 34, p. 136, ll. 16-18: "Aut certum est esse idolothytum aut certum est non esse aut ignoratur. Si ergo certum est esse, melius Christiana virtute respuitur."

728 *centesima quinquagesimaquarta* Nach der alten Numerierung 154 (= Maurini Nr. 47).

731 *retractaturum fuisse* Eine Anspielung auf die *Retractationes* von Augustinus (*CSEL* 36). Dazu: Bardenhewer IV, p. 449 sq.

732 *hic* Sc. I. *Cor.* 8, 12-13.

740 *offendicula* Schon im Spätlatein: Souter, *Glossary*, s.v. und Hoven s.v.

745 *Non sum apostolus?* *Nov. Test.*: "an non sum apostolus?"

749 *qua ... vitur* *Z.B.* 2. *Cor.* 12, 11-12; *Phil.* 3, 17; *Col.* 1, 24-25; 2. *Tim.* 4, 7-8.

750 *Signaculum ... estis* *Nov. Test.*: "sigillum apostolatus mei vos estis."

751 *autoritatis apostolicae* Cf. app. crit. ad loc.: Er. ersetzte 'apostolatus' durch *apostolicae autoritatis* (jedoch nicht im *Nov. Test.*, cf. die vorangehende Anm.). Zum Ausdruck 'apostolatus': *Annot. in Rom.* 1, 5, *LB* VI, 558 C: "vox 'apostolatus', parum probata Latinis auribus." Cf. Rummel, *Annotations*, p. 102.

751-753 *quemadmodum ... testatum* Cf. Harrebomée I, p. 89 s.v. Brief: "Gij hebt daar zegel en brief van." Sartorius II, 6, 50: "Ghy hebt daer zegel ende brief af". Sartorius erläutert: "Vbi quis crederet se rem habere certam, velut ex oraculo auditam, ironice opinor ei dicendum: Vulcanum ita esse vaticinatum" (cf. Er.' *Adag.* 1475, *LB* II, 574 B), nach Sartorius, *Adagiorum Chiliades Tres*, Antverpiae, 1561, p. 181^r.

756-758 *Est ... examino* ἀνακρίνω bedeutet 'befragen', 'untersuchen', 'beurteilen', 'prüfen' (nach Bauer s.v.). Cf. n.ll. 88-89 zu 1. *Cor.* 10, 25.

758-759 *et tamen ... Hieronymi* Es betrifft eine komplizierte Sache. Er. veröffentlichte in vol. IX seiner Hieronymusedition von 1516 ein Ms., das einen Hieronymus zugeschriebenen Kommentar zu den 13 Briefen Paulus' enthielt. In seiner Einleitung zu diesem Werk

examino *inter* 722-723 tempus praesens *et*

744 Ex capite nono *posuit* A.

765 οὐκ *B-E*: οὐ *A*.

zweifelt Bruno Amerbach an der Autorschaft Hieronymus': "Postremo commentarios in omnes diui Pauli epistolas, quas Hieronymo vndicabat codex quidam obsoletae vetustatis ... sed ... indigni sunt iudicandi qui Hieronymo tribuantur" (P^o 1^v des tomus nonus der Edition von 1516). Er. hat jedoch den betreffenden Kommentar benutzt. Es hat sich gezeigt, dass der betreffende Kommentar von Pelagius verfasst worden war (im Anfang des 5. Jahrhunderts). Dazu: A. Souter, *Pelagius's Expositions of thirteen Epistles of St Paul*, vol. I, Introduction, Cambridge, 1922, bes. Chapter I, pp. 1-33. Er. hat einen interpolierten Text herangezogen und nach Souter, dem ich folge, handelt es sich um Interpolationen aus Ps.-Hieronymus. Souter hat die betreffenden Texte herausgegeben: A. Souter, *Pelagius's Expositions of Thirteen Epistles of St Paul*, vol. II, Cambridge, 1926, enthält den 'echten' Pelagiustext; vol. III, Cambridge, 1931 die Interpolationen aus Ps.-Hieronymus. Migne *PL* 30, 745-842 gibt einen interpolierten Text des Kommentars zu 1. 2. *Cor.* und Migne *PL*, Suppl. I (1958) den Text nach Souter vol. II. Zu Pelagius, Ps.-Hieronymus etc.: *CWE* 56, p. 155, n. 22; *ASD* IX, 2, p. 201, n.ll. 620-622; n.ll. 589-590 zu 1. *Cor.* 3, 12-15. An der vorliegenden Stelle handelt es sich um eine Interpolation aus Ps.-Hieronymus: Souter vol. III, p. 35: "In Greco habet 'iudicant'" = Migne *PL* 30, 773 D ("In Graeco" etc.).

759 *Chrysostomus* In 1. *Cor.* hom. 21, 2, Migne *PG* 61, 171.

764 *An non ... bibendi?* Cf. 1. *Cor.* 9, 4, (nach *Nov. Test.*, nicht nach der Vg.).

765 *Nunquid non habeo* *Nov. Test.*: "an non habemus" (numquid non habemus).

765 Μη οὐκ ... *habeam?* Zu diesem Fragesatz: Blass-Debrunner §427⁴.

765-766 *Sororem mulierculam* *Nov. Test.*: "sororem mulierem" (sororem mulierem: *sororem mulierculam* edd. vett. und Er.' Vg. Text von 1527).

ptum in vetustissimis exemplaribus. [A] Laurentius cauillatur hoc loco: quum dixisset *sororem*, quid opus erat addere *mulierem*, quasi soror sit quae mulier non sit; vnde colligit apostolos vxores suas secum circumducere solitos, sed quae iam essent loco sororum; imo *sororem* addidit, vt intelligas Christianam et hac gratia sequi apostolos. Ambrosius legit *mulieres* pro *sororem mulierem*. Atque ita citat diuus Hieronymus Aduersus Iouinianum, libro secundo, [B] siue quod haec lectio magis faciebat ad causam quam illic agit, siue quod alteram lectionem nescierit, nam γυναῖκα Graecis et vxorem significat, vt crebro iam admonuimus.

770
775 [C] Certe Clemens, vt refert Eusebius, Ecclesiasticae historiae libro tertio, locum hunc adducit, quo doceat Paulo fuisse vxorem, [D] quam tamen non circumdixerit consulens Euangelicae libertati, quum Petrus et Philippus circumducerent suas.

[6] [A] Aut ego solus et Barnabas. ‘An’ castigat ac mutat Faber. Verum recte habebat *aut*, quum praecesserit μή, id est ‘an’, quod hic tacite repetendum est. [B] Etenim si fuisset nouum interrogationis caput, dixisset rursus μή οὐκ, vt coeperat. [A] Hoc operandi. Hoc additum est. Οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μή ἐργάζεσθαι, id est ‘an non habemus potestatem non operandi?’, [B] vt verbum *operandi* sit absolutum [A] et videtur esse sensus: ‘an nobis solis non licet in ocio viuere suppeditantibus aliis?’. [B] Sic et [E] Chrysostomus ac [B] Theophylactus μή ἐργάζεσθαι interpretatur, in ocio vitam agere, nimirum huc respiciens, quod Paulus et Barnabas opera manuarum sibi victum pararent, quum non reliqui tantum apostoli, sed ipse etiam Cephas aleretur aliena benignitate. Annotauit [C] et [B] hoc Theophylactus subindicans quo praecellentior est episcopus, hoc minus debere grauare gregem suum. At hodie quantum est onus ferre quosdam tyrannos verius quam episcopos, quorum vt quisque maximus est, ita populo fere grauissimus [C] imminet. [A] Sed [B] fortasse [A] rectius est, vt accipiamus in eum sensum, in quem omnes interpretantur: ‘An non habemus potestatem, vt hoc nobis liceat agere quod agunt omnes?’ Nam duabus negationibus

780
785
790
795 [C] οὐ μή [A] vnus vice est abusus. [D] Ciuilius enim erat dicere ‘faciendi quod alii faciunt’ quam ‘circumducere mulierem’, praesertim quum nominasset Petrum et fratres Domini. Id subindicat Ambrosius. [A] Verum id exactius expendat diligens lector.

767 Laurentius B–E: Sororem mulierem [quasi lemma typis impressum]. Laurentius A.
775 ecclesiasticae D E: ecclesiasticae C.

785–786 Theophylactus C–E: Vulgarius B.
789 Theophylactus C–E: Vulgarius B.

767 Laurentius Cf. Valla, Annot. ad loc.: “Quid opus est addere ‘mulierem’, cum dictum sit ‘sororem’? Quare puto transferendum fuisse

‘vxorem’, cum praesertim dicatur numero singulari, γυναῖκα: ex quo datur intelligi fuisse apostolos suas vxores comitatas, quas

- ideo appellat sorores, quod tanquam non vxores iam erant" (Garin I, p. 865, col. 1-2). Auf diese Stelle Vallas verweist Er. in der *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun. ASD IX*, 2, p. 186, ll. 394-396, wo er anlässlich Stunicas Bemerkung zu *Annot. 1. Cor. 9, 12* auch *Annot. zu 1. Cor. 9, 5* zur Sprache bringt (cf. *ASD IX*, 2, p. 187, n.ll. 394-395; n.l. 396).
- 767-768 *quum ... sororem* Subjekt ist Paulus.
- 769 *colligit* Subjekt ist Valla, cf. das n.l. 767 angeführte Zitat.
- 770 *addidit* Subjekt ist Paulus (in *1. Cor. 9, 5*).
- 771 *Ambrosius* Ambrosiaster, *Comm. in 1. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 98, ll. 3-4.
- 772 *Hieronymus Adv. Iov. I*, 26, Migne *PL* 23, 256 D und 257 A. (N.B. nicht *libro secundo*, sondern *libro primo*): "Numquid non habemus potestatem mulieres vel vxores circumducendi ... Iungat et illud quod in Graecis codicibus est: Numquid non habemus potestatem sorores mulieres vel vxores circumducendi?" (so auch Er.' Hier.Edition von 1516, tomus III, f° 15^v D).
- 774 *nam ... admonuimus* Cf. n.ll. 360-361 zu *1. Cor. 7, 1*.
- 775 *Clemens ... Eusebius* Es handelt sich um Clem. Al. *Strom.* III, 6, 52, 5-6, 53, 2, GCS Clem. Al. 2. Band, p. 220, ll. 15-19, worauf Eusebius in seiner *Historia Ecclesiastica* verweist: *HE III*, 30, 1, SC 31, p. 140. Derselbe Hinweis in zwei Zusätzen *B* (aus dem Jahre 1522, wie der vorliegende Zusatz *C* der *Annot.*) in der *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun. ASD IX*, 2, p. 186, app. crit. n.l. 399; p. 140, app. crit. n.l. 589, auch in einem Zusatz *C* (1522) in den *Annot. in Phil.* 4, 3, *LB VI*, 875 F und in Er.' *Supputat. error. in cens. N. Bedae, LB IX*, 477 D; 692 E F.
- 776-778 *quam ... suas* Cf. Clem. Al. *Strom.* III, 6, 53, 1-2, bei Eus. *HE III*, 30, 1 (cf. die vorangehende Anm.) und *Annot. in Phil.* 4, 3, *LB VI*, 875 F (in einem Zusatz *D* wie der vorliegende Nachtrag): "[C] Sanctus Clemens Historiae Ecclesiasticae libro tertio referent Eusebio locum hunc citat, quo doceat Paulo fuisse vxorem, [D] quum tamen eam exemplo Petri non circumduxerit, quo videlicet expeditior esset ad negotium euangelicum. Quin idem et Philippo vxorem fuisse scribit."
- 779 *Aut ... Barnabas* *Nov. Test.*: "aut [an A] solus ego et Barnabas" (solus ego: *ego solus* v.l.).
- 779 *Faber* Siehe Fabers Ausgabe von 1512, f° 17^v: "An solus ego et Barnabas" (cf. Er. *Nov. Test. A*). In seiner Erläuterung sagt Faber (f° 120^v): "Vulgata aeditio: Aut ego solus et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi. Legendum est: An ego solus et Barnabas, non 'aut'."
- 782 *vt coeperat* Cf. *1. Cor. 9, 4* und *5*: Μη οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν ... Μη οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ... περιάγειν.
- 782 *Hoc operandi* *Nov. Test.*; "hoc faciendi."
- 782 *Hoc additum est* Cf. Valla, *Annot. ad loc.*: "Graece abest 'hoc', sed sic legitur 'potestatem non operandi': τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι. 'Non' enim mutatum est in 'hoc'" (Garin I, p. 865, col. 2).
- 782-783 Οὐκ ... ἐργάζεσθαι (μη ἐργάζεσθαι: τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι v.l.; AN III 11). Zu dieser Wendung, τοῦ μη ἐργάζεσθαι, Anm. 8, p. 372; Blass-Debrunner §400. Zum Gebrauch der Negationen an dieser Stelle: Blass-Debrunner §431¹.
- 784-785 *videretur ... aliis?* Nach Fabers Interpretation loc. cit., cf. n.l. 779 (f° 120^v): "Hoc dicit, quia ipse Paulus et Barnabas manu operabantur ad prouidenda sibi victus vestitusque necessaria etsi id alii non facerent apostoli ... Faciebant enim quod eis licebat et quod eis a Christo permissum erat. Quare a simili et a ratione aequae pugnant licet ei et Barnabae non operari, id est manuum labore necessaria vitae non quaerere."
- 785 *Chrysostomus* *In 1. Cor. hom.* 21, 2, Migne *PG* 61, 172.
- 785-786 *Theophylactus* *Expos. in 1. Cor.*, Migne *PG* 124, 665 C. Nach der Übersetzung Personnas: "Hoc est, num nobis non licet in ocio vitam ducere cibarique a discipulis vel nil operantes" (f° 1vi^v).
- 788 *sed ipse ... benigne* Cf. Theophyl. zu *1. Cor. 9, 5*, Migne *PG* 124, 665 B C, nach der Übersetzung Personnas: "Aduerte autem quemadmodum omnium postremum posuerit Petrum, vt cum ceteris arguat praestantiorum; quid enim, inquit, alios commemorauerim, quandoquidem vel Petrus ipse hoc factitet" (f° 1vi^v).
- 789 *subindicans* Zu diesem Verb: Souter, *Glossary* s.v. "hint at"; anspielen auf; andeuten.
- 790-792 *At hodie ... imminet* Albertus Pius ärgerte sich über diesen Passus, cf. *Apolog. adv. rhaps. Alb. Pii, LB IX*, 1178 B.
- 796 *nominasset* Subjekt ist Paulus in *1. Cor. 9, 5*: "Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi sicut et ceteri apostoli et fratres Domini et Cephas?"
- 797 *subindicat* *Ambrosius* Ambrosiaster, *Comm. 1. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 98, ll. 14-15: "pro accipiendi tamen operandi ait, vt honestius loqueretur."

[7] Stipendiis. Ὁψωνίους, de quo superius meminimus.

800 [8] An non et lex haec dicit? Ταῦτά legit Ambrosius, non ταῦτα et ob id vertit *eadem*, non 'haec'.

[10] Propter nos *utique*. Πάντως, rursum vt paulo superius vertit *utique*.

[C] Est autem aduerbium adfirmantis. [A] Et qui triturat. Graece paulo secus est, καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν ἐπ' ἐλπίδι, id est 'et qui triturat
805 spem suam participare in spe'. Quanquam nos hyperbaton Graeci sermonis mutauimus Ambrosium et alios sequuti. [B] Porro quod in nostris exemplaribus additum est *fructus percipiendi* videtur explanandae rei gratia factum. Illud certum non adiici apud Graecos. Caeterum 'sub spe' quod apud nos non additur, interpretatur etiam nominatim Theophylactus annotans in aratione semel dun-
810 taxat poni spem nec fieri mentionem participationis, propterea quod totus prouentus aranti tantum in votis sit. At qui triturat, iam incipit esse particeps spei fruiturque optatis laborans interim in aliam spem anni sequuturi; quamuis haud nesciam Theophylactum hanc clausulam ad apostolos proprie referre, qui non cibi tantum causa docerent, sed vberius praemium in posterum expectarent.

815 [E] Haec Theophylactus hausit e Chrysostomo. |

LB 707 [11] [B] Si carnalia vestra [A] metamus. Θερίσομεν, id est 'metemus', [B] etiamsi id ad sensum nihil refert.

[12] [A] Potestatis vestrae. Ἐξουσίας, vt intelligas non quamlibet potestatem, sed facultatem metendi et circumducendi vxores [B] siue mulieres, [A] quam illi caeteris apostolis permittebant. Quare non potius. *Quare* addidit
820 de suo interpres, sat erat 'nonne magis nos?' οὐ μᾶλλον ἡμεῖς; Sed omnia sustinemus. Στέγομεν, quod proprie vasis est omnia capientis. [B] Ne quod offendiculum demus Euangelio. Non est Graece σκάνδαλον, quod hic vertit *offendiculum*, sed ἐγκοπτήν, quod 'intercisionem' siue 'interruptionem'
825 sonat, ne quid existat quod Euangelicae praedicationi moram vllam adferat. Annotauit hoc ante nos Theophylactus.

[13] [A] Qui in sacrario operantur. Paulo diuersius est apud Graecos: ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν, id est 'qui sacra operantur, e

800 dicit B-E: dici A.

802 vt paulo D E: et paulo A-C.

809 Theophylactus C-E: Vulgarius B.

813 Theophylactum C-E: Vulgarium B.

814 expectarent C-E: expectabant B.

820 potius E: magis A-D.

826 Theophylactus C-E: Vulgarius B.

828 ἐσθίουσιν B-E: ἐσθίουσι A.

799 *Stipendiis ... meminimus* Cf. *Annot. in Rom.* 6, 23, LB VI, 595 D: "Τὰ γὰρ ὀψώνια, id est obsonia. Milites enim cibis alliciebantur ac donariis siue auctoramentis vt hominum genus omnium longe vilissimum, quippe quod cibi ventrisque causa vitam habet venalem" etc. und *Annot. in Lc.* 3, 14,

ASD VI, 5, p. 498, ll. 409-414: "Stipendiis vestris. Ὁψωνίων ἡμῶν ... Paulus quoque semel atque iterum vsus est hoc verbo pro stipendio siue auctoramento militari. Aperte vero praemium sordidorum hominum sordido vocabulo expressit. Siquidem opsonium ventris praemium est, dignum iis qui ventri

- militant.”
 800 *An ... dicit? Nov. Test.*: “an non et lex eadem dicit?” (an et lex haec non dicit?).
 800 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in I. Cor., CSEL 81, 2, p. 98, l. 22* (haec: eadem v.l.), aber Vogels in *Das Corpus Paulinum des Ambrosiaster*, ad loc.: “an et lex eadem dicit?”
 802 *Propter nos vtiq̄ue Nov. Test.*: “propter nos omnino.”
 802 *paulo superius I. Cor. 5, 10.*
 804 καὶ ... ἐλπιδι (καὶ ὁ ἀλοῶν ἐπ’ ἐλπιδι τοῦ μετέχειν). Cf. Metzger, *Commentary* ad loc., p. 492.
 804–805 *et qui ... spe Cf. Nov. Test.*: “et qui triturat sub spe, spei suae particeps esse debet [debet A].” Zur vorliegenden Übersetzung, cf. Valla, *Annot.* ad loc. Valla und Er. folgen demselben griechischen Text, den Valla folgendermassen übersetzt: “spei suae participandi in spe” (Garin I, p. 865, col. 2). Die vorliegende Stelle kommt auch in der Liste *Ad placandos* vor.
 805–806 *Quantquam ... mutauimus* Diese Anmerkung betrifft Er.’ Übersetzung im *Nov. Test.* (nämlich: “triturat sub spe” für ὁ ἀλοῶν ... ἐπ’ ἐλπιδι = Hyperbaton), nicht die vorliegende *et qui ... in spe*, wo Er. das Hyperbaton seiner griechischen Vorlage beibehält (wie Valla, cf. n.ll. 804–805).
 806 *Ambrosium Ambrosiaster, Comm. in I. Cor., CSEL 81, 2, p. 99, ll. 16–17*: “Quoniam qui in spe arat et triturat, debet spei suae fructum percipere.”
 806–808 *in nostris ... Graecos* Die Worte [in spe] *fructus percipiendi* sind die Interpretation der griechischen Wendung [ἐπ’ ἐλπιδι] τοῦ μετέχειν (nicht der Wendung, der Er. folgt, cf. l. 804). Zur Konstruktion des Satzes: Blass-Debrunner §479⁴: ὀφείλει ... καὶ ὁ ἀλοῶν <ἀλοῶν> ἐπ’ ἐλπιδι τοῦ μετέχειν. Cf. auch: Metzger, *Commentary* ad loc., p. 492.
 809 *Theophylactus Expos. in I. Cor., Migne PG 124, 668 C.* Nach der Übersetzung Personae: “Vnde et Apostolorum sudores plurimos patefacit et quemadmodum ipsi iidem et arandi officio et tritrandi fungantur. Et quoniam qui arat sola spe nititur et qui triturat iam fructus aliquid percipit, eo id intulit ‘et qui triturat iam spei participat’ et ne quis occurrens id inquit, num ipse Apostolis pro tot susceptis laboribus cibum dumtaxat in mercedem contuleris, ‘sub spe’ addidit, hoc est sub futurorum honorum expectatione” (P° Ivi° – P° Ivi°).
 815 *Haec ... e Chrysostomo* Zum Verhältnis zwischen den Kommentaren von Chrys. und Theophyl.: n.l. 411 zu *I. Cor. 2, 13*,
 815 *e Chrysostomo In I. Cor. hom. 21, 3–4*, Migne *PG 61, 174*.
 816 *Si ... metamus Nov. Test.*: “si nos vestra carnalia messuerimus?” (si nos carnalia: *si carnalia* v.l.).
 816–817 *Ἐπίσομεν ... refert* Zum Gebrauch des Fut. im Bedingungssatz: Blass-Debrunner §372.1 c; zur vorliegenden Stelle: §372⁴.
 818–820 *Potestatis ... permittebant* Er.’ Interpretation dieser Stelle hat Stunicas Kritik hervorgerufen, *ASD IX, 2, p. 184 sq. ll. 384–386*: “*Si alii potestatis vestrae*. Hic annotaram, quod Graecis est ἐξουσία, Latinis *potestatis*, sic intelligendum, vt non accipiamus *quamlibet potestatem, sed ... permittebant*” (cf. ll. 818–820). Er. bezieht sich auf Vallas *Annot.* zu *I. Cor. 9, 5*, cf. *ASD IX, 2, p. 184, ll. 386–389*: “Hic duplici nomine me taxat Stunica: et quod cum Laurentio sentiam, qui putauit Paulum hic agere de vxoribus apostolorum; deinde quod ad apostolos referam quae dicta sunt in pseudapostolos.” Was die erste Anmerkung Stunicas betrifft: Er. erwähnt und paraphrasiert zu *I. Cor. 9, 5* Vallas Kommentar ad loc., cf. ll. 767–771 und n.l. 767 (cf. Er.’ Entgegnung: *ASD IX, 2, p. 186, ll. 390–399*). Zur zweiten Bemerkung: *ASD IX, 2, p. 185, n.ll. 388–389*: “The question has not been settled.”
 819 *sive mulieres* Zusatz B, cf. *ASD IX, 2, p. 186, ll. 397–398*: “Puto non esse absurdum, si quis de vxoribus intelligat. Et tamen in secunda aeditione [sc. der von 1519: B] addidi *vxores sive mulieres*.”
 820 *Quare non potius* *Nov. Test.*: “cur non potius nos?” (non potius nos: *quare non potius nos* v.l.; Er.’ Vg. Text von 1527).
 821–822 *Sed omnia sustinemus* *Nov. Test.*: “sed omnia sufferimus.”
 822 *Στέγομεν ... capientis* Hier: ‘aushalten’, ‘ertragen’ (Bauer s.v. στέγω 2.), cf. Liddell-Scott s.v. στέγω B. II (‘contain’, ‘hold’).
 826 *Theophylactus Expos. in I. Cor., Migne PG 124, 669 A B.* Nach der Übersetzung Personae: “[omnia toleramus] ne aliquod offendiculum demus, quod grece ‘eccopen’, latine dicere significantius ‘intermissionem’ possumus vel ‘intercisionem’, hoc est vt nihil ipsi in euangelii predicatione vel more vel dilationis afferamus” (P° Ivi°).
 827 *Qui ... operantur* *Nov. Test.*: “qui in sacris operantur.”
 828 *ἔτι ... ἐσθίουσιν* (τὰ ἐκ τοῦ ἱεροῦ: ἐκ τοῦ ἱεροῦ v.l.; AN III 11).
 828–829 *qui sacra ... templum* Cf. *Nov. Test.*: “ex sacrificio viuunt.”

sacro' siue 'templo vescuntur', nam ἱερόν et 'victimam' significat et 'templum'.
 830 Qui altario deseruiunt. Τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, id est 'sacrario
 assistentes' siue 'assidentes'. [B] Cuius vocis emphasim et ante nos annotauit
 Theophylactus [E] et ante hunc Chrysostomus. [B] Non enim ait 'sacerdotes', sed
 'qui assident altario', vt intelligamus assiduum cultum sacrorum. At hodie nulli
 fere magis absunt ab altari quam ii qui maxime participes sunt altariorum. Nec
 835 vlli molestius exigunt a populo decimas quam ii qui nihil eorum praestant
 populo, quorum gratia dandae fuerant decimae. [E] Nec satis est assidere, sed
 operandum est, nec satis quiduis operari, sacra oportet operari et in his assiduum
 esse. Nec dixit 'e sacro accipiunt', sed 'e sacro vescuntur', vt admoneat victum
 deberi non diuitias. [A] Et συμμερίζονται, 'partem accipiunt cum sacrario'. Diui-
 840 debatur enim hostia inter sacerdotes et leuitas. Stomachatur hoc loco Valla, for-
 tasse liberius aliquanto quam vt quorundam aures ferre possint, verum non
 omnino ab re, aduersus Remigium, qui duas has voces, sacrarium et altarium, ita
 distinxerit, vt sacrarium ad idola pertineat, altare ad Deum, quum earum vocum
 proprietates magis a Graecis fuerit petenda. Deinde longius euectus animi calore
 845 [C] Valla [A] demiratur impudentiam quorundam theologorum, qui Paulinas
 epistolas, quum Graece scriptae sint, ausi sint interpretari Graecarum literarum
 prorsus ignari. Nec hic a diui Thomae nomine temperat, quod de hoc narrant
 quidam confectis in Paulum commentariis visum illi Paulum et ingenue confes-
 sum suas epistolas ante id temporis a nemine fuisse intellectas praeterquam a
 850 Thoma, ceu fabulam commentitiam et impudenter confictam deridet, quum ne
 fieri quidem possit, vt exacte quisquam interpretetur ignarus eius linguae in qua
 scriptum fuit quod interpretatur. Ego sane vt non possum omnino refellere quod
 scribit Valla, ita talibus viris praesertim sanctimonia quoque commendatis non-
 nihil deferendum arbitror. Habenda ratio temporum, in quibus illi vixerunt.
 855 Postremo meminisse oportet homines fuisse. Proinde vt et ingenuum est et ad
 eruditionem conducibile non dissimulare, sicubi lapsi sunt [B] veteres, [A] ita
 probi hominis officium existimo a conuitiis temperare et ita mederi malo, vt
 quoad licet non laedas hominem. [B] Thomas hoc loco sacrarium interpretatur
 templum Iudaeorum vel gentilium; altarium, altare templi Hierosolymitani siue
 860 ipsum templum sensum, opinor, exponens eius sermonis magis quam vocum
 proprietatem. Alioqui vt domus non magis dicitur Gallorum quam Britannorum,
 ita | sacrarium et altarium quorumlibet est. Nisi quod θυσιαστήριον ab immo-
 lando dictum locus est vbi victimae mactantur.

[15] [A] Quam vt gloriam meam. Τὸ καύχημα, id est 'gloriationem'. Sic
 865 enim paulo ante quasi glorians iactauit sese. Et euacuet est κενώσῃ, id est 'irritam'
 siue 'inanem reddat'.

[16] Et si euangelizauero. Εὐαγγελίζομαι, praesentis temporis est 'si
 euangelizo' siue 'euangelizem', [B] vt legit Ambrosius.

832 Theophylactus C-E: Vulgarius B.

842 ab B-E: abs A.

858 quoad A B: quod C-E.

867 Et si E: Si enim A-D.

867 εὐαγγελίζομαι B-E: εὐαγγελίζωμαι A.

830 *Qui altario deseruiunt Nov. Test.*: "qui sacrario assistunt."

830 Τῷ θυσιαστῆρίῳ προσεδρεύοντες (παροδρεύοντες: προσεδρεύοντες v.l.; AN III 11).

831 *emphasim* Zum Begriff 'emphasis': n.l. 910 zu I. Cor. 5, 1 und ASD VI, 5, p. 44.

832 *Theophylactus Expos. in I. Cor.*, Migne PG 124, 669 C. Nach der Übersetzung Personae: "Qui altari insistunt, altaris fiunt participes. Hoc est sacerdotes et sacerdotum primores, cum autem insistunt, inquit, assidua quedam pretenditur seruitus" (P^o lviii').

832 *Chrysostomus In I. Cor. hom.* 22, 1, Migne PG 61, 181: Τὴν διηγεσθῆ δουλείαν ἀγίων καὶ τὴν καρτερίαν διὰ τούτων ἐνδείξασθαι βουλόμενος.

834-836 *Nec vlli ... decimae* Auch in *Adag.* 812 (A mortuo tributum exigere), ASD II, 2, bes. p. 334 sq. ll. 224-255, tadelt Er. die Habgier des Klerus.

838-839 *Nec ... diuitias* Zusatz E nach Chrys. In I. Cor. hom. 22, 1, Migne PG 61, 181: Ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσι, δεικνύς ... ἔτι οὐ χρηματίζεσθαι δεῖ οὐδὲ πλουτεῖν κτλ.

839 *Et ... sacrario Nov. Test.*: "vna cum sacrario partem accipiunt?" (cum altario participantur?).

840 *Valla Valla, Annot.* zu I. Cor. 9, 13: "Hoc loco Remigius sacrarium ad idola, altare ad deum refert. Quem et item Thomam Aquinatem, non dico homines non sane exultos neque ita multum bonis literis eruditos, sed ignaros omnino linguae graece, miror ausos commentari Paulum graece loquentem, praesertim post tot Graecos commendatores [= commentatores?] et latinos eiusdem linguae peritos. Et postea aiunt Paulum sese post confecta commentaria Thomae exhibuisse testificantem a nemine magis quam a Thoma intellectum. Etiamne magis quam a Basilio, Gregorio Nazianzeno, Chrysostomo? quid Graecos dico? etiam magis quam ab Hilaro, Ambrosio, Hieronymo, Augustino? Pream, nisi id commentitium. Nam cur cum Paulus non admonuit errorum suorum cum ob alia tum ob ignorantiam linguae graecae?" (Garin I, p. 865, col. 2). Er. paraphrasiert diese Stelle Vallas, ll. 842-852.

842 *aduersus Remigium* Unter dem Namen des Remigius von Auxerre (um 841 - um 908) stehen u.a. Homilien zu Mt., cf. *Annot. in Mt.* 17, 18, ASD VI, 5, p. 255, n.l. 576. Er. erwähnt Remigius auch *Annot. in Lc.* 1, 2 (dazu: ASD VI, 5, p. 447, n.l. 140), *Annot. in Ioh.* 1, 1, LB VI, 335 E und *Apolog. de In princ. erat sermo*, LB IX, 118 E (wo es sich aber um den Pauluskommentar von Haimo von Auxerre handelt, siehe unten). Zu Remigius von Auxerre: M.L.W. Laistner, *Thought*

and Letters in Western Europe A.D. 500 to 900, Ithaca, New York, 1966² (1931, first ed.; 1957 revised ed.), p. 260; *LThK* 8, 1223-1225, s.v. Remigius von Auxerre; Allen, Ep. 1790, n. 23. Valla erwähnt nochmals in seinen *Annot.* - cf. die n.l. 840 zitierte Stelle zu I. Cor. 9, 13 - einen Remigius, wie Er. *Annot. in I. Thess.* 1, 8, LB VI, 902 C, sagt: "isque [Laurentius, cf. Garin I, p. 880, col. 2] optimo iure ridet Remigium" etc. Nach Bentley, *Humanists*, p. 60, handelt es sich bei Valla nicht um Remigius (von Auxerre), sondern um Haimo/Haymo von Auxerre, dessen Werke oft Remigius, aber auch Haimo von Halberstadt (siehe unten) zugeschrieben wurden. Haimo von Auxerre (gestorben um 855) geriet bald in Vergessenheit, und seine Kommentare zu den Paulinen wurden dem Werk des Haimo von Halberstadt zugeschlagen (so in Migne PL 117; cf. *CWE* 56, p. 436, n. 7). Dazu: *Repertorium biblicum Medii Aevi*, vol. 3, pp. 14-18 (Ps.-Haimo von Halberstadt), Nrs. 3101-3114; vol. 3, p. 8, Nr. 3071 (Haimo von Auxerre) und vol. 5, pp. 79-81 passim (Remigius Altissiodorensis). Zu Haimo von Auxerre und Haimo von Halberstadt: *LThK* 4, 1325-1326, s.vv.

843 *vt sacrarium ... Deum* Cf. *Expos. in Epp. S. Pauli* zu I. Cor. 9, 13 von Haimo von Auxerre / Halberstadt (siehe die vorhergehende Anm.) Migne PL 117, 553 B: "Nescitis quoniam qui in sacrario, id est in templo idolorum, operantur ... 'et qui altari', subaudit Dei, deseruiunt."

844-858 *Deinde ... hominem* Cf. Massaut, *Érasme et Saint Thomas*, p. 600 sq.

857 *probi ... temperare* Von dieser Verhaltensregel weicht Er. selbst manchmal ab.

858 *Thomas* Es betrifft den Kommentar von Nicolaus de Gorram (cf. n.l. 654 zu I. Cor. 8, 4) *Super I. Cor. postilla*, 471, p. 322: "Nescitis quoniam qui in sacrario, id est templo Iudaeorum vel Gentilium, operantur ... 'Et qui altari' templi Ierosolymitani vel etiam ipsi templo ... deseruiunt" etc.

864 *Quam ... meam* *Nov. Test.*: "quam vt gloriationem meam aliquis inanem reddat."

865 *paulo ante* Cf. I. Cor. 9, 1-2.

865 κενώσῃ (κενώσει: κενώσῃ v.l.; κενώσῃ AN III 11).

867 *Et si euangelizauero* *Nov. Test.*: "etenim si euangelizem [euangelizauero A]" (nam si: nam et si edd. vett.; Er.' Vg. Text von 1527).

867 Εὐαγγελίζομαι (εὐαγγελίζομαι: εὐαγγελίζομαι v.l.).

868 *Ambrosius* Ambrosiaster, *Comm. in I. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 102, l. 3: "Nam si euangelizem."

[18] [A] Merces mea. Pro *mea* ‘mihī’ est apud Graecos, τίς οὖν μοι ἐστὶν ὁ
 870 μισθός; ‘quid igitur mihi est mercedis?’ [B] Apparet interpretem legisse μου pro μοι.
 [A] Sine sumptu ponam. Ἀδάπλων θήσω, id est ‘gratuitum faciam’. Et
 iucunde vocat ἀδάπλων quod nemini sit sumptui. [D] Alioqui sine sumptu facit
 et is qui nihil impendit. [A] Porro ‘ponere’ apud Graecos passim pro ‘facere’
 875 obuium est. Et post *Euangelium* Graeci addunt ‘Christi’. [B] O gloriam vere apo-
 stolicam, sed quam nemo nunc studet aemulari. Nihil nunc gratuitum, ne sepul-
 tura quidem, quum Augustinus epistola sexagesimaquarta nolit vendi mortualia.

[21] [A] Tanquam sine lege essem. Aduerbiū Graecum ὡς anceps est;
 tamen hic magis quadrabat ‘quasi’ atque ita legit diuus Hieronymus in Esaiam
 [B] itaque Ambrosius in plerisque locis. Non enim ponitur exemplum, sed falsa
 880 rei species proponitur. [D] Theophylactus legit ἄνομος Θεοῦ et ἔνομος Χριστοῦ,
 quod dure sonat ‘exlex Dei’ et ‘sublex Christi’. [A] Sine lege Dei. ‘Deo’ est
 Graece: μὴ ὦν ἄνομος Θεῶ, ‘cum Deo non sim sine lege’. Quanquam in hoc
 variant Graecorum exemplaria. [E] Chrysostomus legit ἄνομος Θεοῦ.

[22] [A] Infirmis infirmus. Ὡς ἀσθενής, id est ‘tanquam’ vel ‘quasi infir-
 885 mus’. Vt omnes facerem saluos. Graece secus est, ἵνα πάντως τινὰς σώσω,
 id est ‘vt omnino aliquos saluos facerem’. Quanquam hic apparet Graecorum
 exemplaria variasse. [B] Sane Theophylactus iuxta id quod nos adduximus, et
 legit et interpretatur existimans hoc facere ad exaggerandam Pauli charitatem,
 quod nihil non faciat, vt aliquot saltem adducat ad salutem. [A] Laurentium [B]
 890 Vallam [A] nonnihil offendit tempus verbi perperam immutatum: *vt omnes saluos*
facerem, σώσω, velut ad praeteritum referatur, quum verbum sit futuri temporis.
 Neque sensus est eum id olim egisse, nunc desinere, sed nunc item agere et ita
 facturum. Porro quod hic dictum est, σώσω, idem accipiendum est de eo quod
 praecessit κερδήσω, ‘lucrifaciam’ potius quam *lucrifacerem*.

[23] Omnia autem facio. Τοῦτο δὲ ποιῶ, id est ‘hoc autem facio’. [B]
 895 Atque ita legit Theophylactus. [E] Chrysostomus habet πάντα, quanquam ex
 enarratione parum liquet quid legerit.

[24] [A] Vnus accipit brauium. Ambrosius legit *palmam* pro brauiō
 [B] itidem et Cyprianus, [A] nam βραβεῖον est Graece. [B] Atque est quidem
 900 omnino ‘brabion’ praemium, sed proprie quod datur certantibus ac vincentibus.
 Existimant enim dictum βραβεῖον quasi ῥαβδεῖον commutatis ac translatis duabus

873 Ponere E: pono A–D.

873 Facere E: facio A–D.

879 itaque D E: atque ita B C.

887 Theophylactus C–E: Vulgarius B.

890 nonnihil B–E: vt modo indicaui A.

896 Theophylactus C–E: Vulgarius B.

898–899 Vnus accipit ... [899 itidem et Cy-
 prianus om. A] est Graece *inter* 917 meminit
 et Ab omnibus *posuit* A.

869 *Merces mea Nov. Test.*: “mihī est prae-
 mium.”

869–870 τίς ... μισθός (τίς οὖν μου: τίς οὖν μοι

v.l.; AN III 11).

871 *Sine sumptu ponam Nov. Test.*: “gratuitum
 efficiam euangelium Christi.”

- 874 *Graeci* (τὸ εὐαγγέλιον: τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ v.l.; AN III 11).
- 875–876 *Nihil ... quidem* Zu diesem Thema: *Adag.* 812 (A mortuo tributum exigere), *ASD* II, 2, pp. 330–335; bes. p. 335, ll. 240–255.
- 876 *Augustinus ... sexagesimaquarta Epist.* 22, 6, *CSEL* 34, p. 58 sq. (nach der alten Nummerierung: *Epist.* 64).
- 877 *Tanquam ... essem Nov. Test.*: “tanquam sim [essem A] sine lege.”
- 877 ὡς Zu ὡς an der vorliegenden Stelle: Bauer s.v. II.3.b. (1790).
- 878 *Hieronymus Comm. in Is.* XIV, 53, 12, *CCSL* 73 A, p. 598, ll. 50–51.
- 879 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in I. Cor.*, *CSEL* 81, 2, p. 104, l. 18: “quasi sine lege essem.” Siehe auch ll. 6–7: “quasi sub lege essem”; p. 103, l. 25: “factus est ergo Iudaeis quasi Iudaeus.”
- 880–881 *Theophylactus ... Christi* Weil es sich um die ll. 881–883 besprochene Redewendung ἄνομος Θεῶ handelt, wäre dieser Zusatz *D* besser nach l. 883 *exemplaria* am Platz.
- 880 *Theophylactus Expos. in I. Cor.*, Migne *PG* 124, 673 D. Zur Wendung ἄνομος Θεοῦ ἔνομος Χριστοῦ: Blass-Debrunner §182⁴: “Paul. Wortbildung ist I Kor 9, 21 ἄνομος Θεοῦ – ἔνομος Χριστοῦ (vgl. Θεῶ – Χριστῶ), wo der Gen. gleichsam von νόμος abhängt: ‘vom Gesetz Gottes nicht los – im Gesetz Chr.’, nur vergleichbar Soph. Ant. 369” etc.
- 881 *Sine lege Dei Nov. Test.*: “[quum non sim] sine lege deo.”
- 881–883 *Deo ... exemplaria* Cf. die n.l. 880 zitierte Stelle Blass-Debrunner. In AN III 11: Θεοῦ – Χριστοῦ.
- 883 *Chrysostomus In I. Cor. hom.* 22, 3, Migne *PG* 61, 184.
- 884 *Infirmis infirmus Nov. Test. A*: “infirmus [sic] tanquam infirmus”; *Nov. Test. B–E*: “infirmis quasi infirmus.”
- 884 Ὡς ἀσθενής (ἀσθενής: ὡς ἀσθενής v.l.; AN III 11).
- 885 *Vt ... saluos Nov. Test.*: “vt omnino aliquos seruem [seruarem A].”
- 885 ἕνα ... σώσω So auch die heutigen Editionen: siehe jedoch Metzger, *Commentary ad loc.*, p. 493: “Instead of πάντως τινάς ... the Western text ... reads πάντας, the result of scribal conformation to the preceding clauses.”
- 887 *Theophylactus Expos. in I. Cor.*, Migne *PG* 124, 676 A B. Siehe die Übersetzung Personas: “Quid multa? omnibus pro singulorum conditione et indulsu et condescendi, tametsi minus confiderem cunctis me parituum saluam, sed vt aliquos saluos redderem ... ‘omnino’ autem adiunxit, vt preceptores reliquos solaretur, qui etsi omnibus nequeant docendo ... salutem afferre, nil prorsus debeant inertis ocio contabescere” (P^o lviii^o).
- 889–890 *Laurentium Vallam* Cf. Valla, *Annot.* zu I. Cor. 9, 20–22: “[vt Iudaeos lucrarer ... vt omnes facerem saluos, p. 865, col. 2]. Nescio cur sic interpres transtulerit potius quam sic ‘vt Iudaeos lucrer’ siue ‘lucrifaciam, κερδήσω, quasi sub lege sim’, cum dicat pro tempus praesens indicatiui ‘iis qui sub lege sunt’. Item cum nunc per indicatiuum transferat, postea transfert per subiunctiuum, cum dicere deberet ‘eos qui sub lege sunt, lucrifaciam; iis, qui sine lege sunt, tanquam sine lege sim’ ... Item: ‘factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifaciam’; ‘omnia omnibus factus sum, vt omnes saluos faciam’” (Garin I, p. 866, col. 1).
- 895 *Omnia autem facio Nov. Test.*: “hoc autem facio.”
- 895 Τοῦτο δὲ ποιῶ (πάντα δὲ: τοῦτο γὰρ v.l.; AN III 11).
- 896 *Theophylactus Expos. in I. Cor.*, Migne *PG* 124, 676 B. Siehe die Übersetzung Personas: “Hoc autem facio propter Euangelium, vt particeps eius fiam” (P^o lviii^o).
- 896 *Chrysostomus In I. Cor. hom.*, 22, 3, Migne *PG* 61, 185.
- 898 *Vnus ... brauium Nov. Test.*: “vnus accipit praemium.”
- 898 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in I. Cor.*, *CSEL* 81, 2, p. 105, l. 24 – p. 106, l. 1.
- 899 *Cyprianus Cf. Epist.* 10, 4, 3, *CCSL* 3 B, p. 52, l. 73 und *Ad Quirinum* III, 26, *CCSL* 3, p. 121, l. 4.
- 899–900 *Atque ... vincentibus* Cf. Souter, *Glossary* s.v. brabium: “a prize of victory, palm” und Suid. βραβευτής 510: βραβεῖον, ἐπινίκιος ἀμοιβή.
- 901–904 *Existimant ... pronunciant* Cf. *Annot. in Col.* 2, 18, *LB* VI, 891 C D: “Qui de Graecarum vocum etymologiis conscripserunt, existimant βραβεῖον dictum a ῥάβδος, mutatis ac transpositis litterulis aliquot, quod est virga siue sceptrum” etc. Er meint vermutlich das *Etymologicum Magnum* (dazu: *ASD* II, 2, p. 261, n.l. 595), ed. Gaisford, 210 46–53: βραβεῖον: Ἀπὸ τοῦ ῥάβδος, ῥαβδεῖον καὶ τροπή τοῦ Δ εἰς Β, καὶ ὑπερβιβασμῶ, βραβεῖον. Λέγεται δὲ τὸ βασιλικὸν σηπτρον. Ἦξ οὐ καὶ βραβευταί, οἱ τὰς βασιλικὰς ῥάβδους κατέχοντες, καὶ τοῖς νικῶσι τοὺς στεφάνους δίδόντες. Καὶ βραβεῖον λέγεται ὁ παρὰ τῶν βραβευτῶν διδόμενος στέφανος τῶ νικῶντι.

literulis, propterea quod certaminum iudices data virga palmea designarent victorem; vnde et βραβευταί dicuntur Graecis quasi βραβευταί, qui victorem pronunciant. Vt comprehendatis. Ἴνα καταλάβητε. Aut abusus est ἵνα pro ὥστε, aut sensus est: 'Hoc animo currite, non tantum vt videamini certasse, sed appetisse victoriam', quemadmodum palam interpretatur Theophylactus. Quae sententia si probatur, sic aduerbium non est referendum ad vt, quod sequitur, quasi dicas 'sic sequere vt sequaris', sed ad similitudinem quae praecessit: sic, | id est 'ad illorum exemplum et vos in vestro stadio currite'. [E] Idem subindicat Chrysostomus his verbis: Καὶ εἰπὼν 'οὕτως' καὶ τὸν τύπον διδάσκει, id est 'Et quum ait 'sic' etiam formam siue exemplum commonstrat'. [B] Mirum vnde Cyprianus hic legat: *Sic currite, vt omneis occupetis*. Quanquam recte occupat qui assequitur et anteuertit.

[25] [A] Qui in agone contendit. Πᾶς γὰρ ὁ ἀγωνιζόμενος, id est 'omnis [B] enim [A] qui certat', sed proprie in publicis certaminibus veluti palaestra aut Olympiacis aut Circensibus. Nam de cursu ac pugilibus ipse mox meminit. Ab omnibus se abstinet. Πάντα ἐγκρατεύεται, id est 'omnia sustinet' aut 'tolerat' siue quod magis probo 'in omnibus temperans est', vt subaudias 'κατά'. [B] Cyprianus legit: *in omnibus continens est*. Siquidem athletae victus etiam ratione praeparantur ad certamina. [A] Nos autem incorruptam. Φθαρτὸν, ἄφθαρτον, id est 'corruptibilem et incorruptibilem'. Miror cur variauerit.

[26] Sic pugno. Non est *pugno* quod Graece μάχουμαι, sed πυκτεύω, quod est 'pugilum certamen exerceo' et 'pugnis certo'. Ad pugnos allisit interpres, non ad pugnas. Ambrosius legit *percutio pugnis* pro 'pugno'. [B] Atque ita locum adducit libro De paradiso, capite duodecimo. Augustinus enarrans psalmum quinquagesimum septimum legit: *Non sic pugillor quasi aerem caedens* adscribitque *pugillari est pancratiium facere*. Rursum tractatu De vtilitate ieiunii. Thomas tamen videtur 'pugnare' interpretari 'bellare', primum quum ait: *secundo pugnam suam in victoria mali*. Ac mox, *Sic pugno*, inquit, *contra hostes decertando contra malum*. Condonandus lapsus nisi quidam nimium vrgerent nos fabula de Paulo commentariorum illius approbatore. [A] Aerem verberans. Prouerbiali schemate dictum est pro frustra et inaniter laborare, veluti pugil nihil agit, nisi corpus attingat. Caeterum haec eo tendit parabola, vt intelligamus non esse satis quomodocunq; nostro fungi officio, nisi demus operam, vt insigniter ac praeter caeteros gessisse nos videamur.

[27] Castigo. Ὑποπιᾶζω, id est 'coerceo' siue 'cohibeo' [B] 'subigoque'. Nam interpres sensum expressit potius quam vocem Graecam reddidit. Eam Paulinus propius expressit epistola quinquagesima octaua ad Augustinum. *Liuidum*,

906 Theophylactus C-E: Vulgarius B.

908 sequaris E: assequaris B-D.

914-917 Qui in agone ... [915 enim om. A] meminit inter 895 autem facio et 898 Vnus accipit posuit A.

914 γὰρ B-E: δὲ A.

916 Olympiacis B-E: olympicis A.

926 duodecimo D E: 12 B, decimo secundo C.

927 caedens C-E: cedens B.

937 ὑποπιᾶζω B-E: ὑποπιᾶζω A.

937 coerceo B–E: coherceo A.

938–939 Paulinus *Loca E*: Augustinus B–D.

906 *Theophylactus Expos. in 1. Cor.*, Migne PG 124, 676 C. Nach der Übersetzung Personae: “Nequaquam existimeris etsi fidem Christi iam exceperitis et ecclesie stadium ingressi iam sitis, satis id vobis ad salutem futurum, quemadmodum neque cursoribus ipsis in stadio cucurrisset sat est, nisi ad brauium vsque pertenderint” (P° lviii’).

909–910 *Chrysostomus In 1. Cor. hom. 23*, 1, Migne PG 61, 189: Καὶ εἰπὼν ὁσπῶ, καὶ τὸν τρόπον διδάσκει. Er.’ Lesart (l. 910) nach Gibertis Chrysostomusedition (P° 170°).

911 *Cyprianus Cf. Epist. 10*, 4, 3, CCSL 3 B, p. 52, ll. 73–74 (vt occupetis: vt omnes occupetis v.l.) und *Ad Quirinum III*, 26, CCSL 3, p. 121, l. 5 (vt occupetis: vt omnes occupetis v.l.).

914 *Qui ... contendit Nov. Test.*: “omnis autem qui certat.” Cf. Valla, *Annot. ad loc.*: “Supervacua est praepositio. Est enim ‘agon’ certamen, non locus, diciturque nunc graece agonissans, ἀγωνιζόμενος” (Garin I, p. 866, col. 1). Er.’ Übersetzung (*certat*) ist vermutlich von Valla beeinflusst.

914 Πᾶς γὰρ (πᾶς δὲ, so auch *Nov. Test.* und A, cf. app. crit. ad loc.). Ich behalte das fehlerhafte γὰρ bei, weil Er. seine Übersetzung in B–E dieser Lesart angeglichen hat (*enim*).

916–917 *Nam ... meminit Cf. 1. Cor. 9*, 26 (curro, pugno).

917 *Ab omnibus se abstinet Nov. Test.*: “per omnia temperans est.”

918–919 *vt subaudias κατά Sc. κατά πάντα*.

919 *Cyprianus* Es betrifft einen Zusatz in einigen Mss. der Cyprianusbriefe: *Epist. 10*, 4, 3, CCSL 3 B, p. 52, app. crit. n.l. 74: “omnis autem qui agonizatur in omnibus continens est”, so in Er.’ Cyprianusausgabe von 1520, p. 62 sq. (nach der Numerierung Er.’: liber secundus, Epistola vi). So auch *De sing. clericorum* 17, CSEL 3, 3, p. 192, ll. 26–27: “qui in agone contendit, ab omnibus continens est.”

920–921 *Nos autem incorruptam Nov. Test.*: “nos autem vt [vt om. A] aeternam” sc. coronam.

921 Φθαρτὸν ἀφθαρτον Sc.: Ἐκεῖνοι ... ἵνα φθαρτὸν στέφανον λάβωσιν, ἡμεῖς δὲ ἀφθαρτον.

921–922 *Miror cur variauerit* In der Vg.: ‘corruptibilem’, ‘incorruptam’, aber im *Nov. Test.*: ‘perituram’, ‘aeternam’.

923 *Sic pugno Nov. Test.*: “sic pugilem ago.”

923–924 *Non est ... certo Cf. Valla, Annot. ad loc.*: “Videtur interpres accipere pugnare pro

939 Augustinum *Loca E*: Dardanum B–D.

pugnis certare ... siquidem πακτεῖω est ‘pugnis certo’. Melius ergo illi, quorum est Ambrosius, qui transferunt ‘percutio pugnis’ (Garin I, p. 866, col. 1).

925 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in 1. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 106, l. 20: “sic pugno” (so auch in Er.’ Ambrosiusausgabe von 1527, tomus IV, P° 862 C), aber Ambrosius, *De paradiso*, 12, 55, CSEL 32, 1, p. 313, l. 15: “percutio pugnis”. Man bekommt den Eindruck, dass Er. Vallas Angabe übernommen hat (cf. n.ll. 923–924) und erst später (Zusatz B!) die betreffende Ambrosiusstelle gefunden hat.

926 *Augustinus Enarr. in Ps. 57*, 7, CCSL 39, p. 715, ll. 27–28 (928 pugilari enim est).

928 *Rursum Aug. De utilitate ieiunii*, cap. 4, Migne PL 40, 710: “Non sic pugillor quasi acrem caedens.”

928–929 *Thomas* Es handelt sich um den Kommentar von Nicolaus de Gorram, cf. n.l. 858 zu *1. Cor. 9*, 13 und n.l. 654 zu *1. Cor. 8*, 4. Cf. *Super 1. Cor. postilla*, 502 und 504, p. 328.

931–932 *fabula ... approbatore* Siehe die Geschichte, die Er. nach Valla zu *1. Cor. 9*, 13 erzählt (cf. ll. 847–850 und n.l. 840). Darauf spielt er auch *Annot. in 1. Tim. 2*, 15, LB VI, 933 D, an: “Hoc sane loco mihi velim respondeant, quibus impendio placet illa decantata de Thoma fabula, vbinam erat hic Paulus ille, qui fassus dicitur suas epistolas a nemine prius intellectas quam Aquinas commentariis suis eas illustraret?” Dazu: Massaut, *Érasme et Saint Thomas*, p. 601.

932 *Aerem verberans Nov. Test.*: “aerem feriens.”

932–933 *Prouerbiali schemate Cf. Adag. 884* (Austrum perculi), ASD II, 2, p. 396. Er. hat in seine *Adagia* kein Lemma ‘Aerem verberare / verberans’ oder Ähnliches aufgenommen: “Austrum perculi ... Quo quidem adagio non grauatius est vt Paulus in epistolis suis. Aer enim verberantis ictum cedens eludit” (p. 396, ll. 483–485). Zur griechischen Fassung dieser Redensart: Maria Spyridonidou-Skarsouli, *Der erste Teil der fünften Athos-Sammlung griechischer Sprichwörter*, Kritische Ausgabe mit Kommentar. Berlin, New York, 1995, pp. 170–176.

937 *Castigo Nov. Test.*: “subiicio corpus meum.”

938–939 *Eam ... Augustinum Aug. Epist. 121*, 13, CSEL 34, p. 735, ll. 14–15 = Paulinus Nolanus, *Epist. 50*, 13, CSEL 29, p. 416, ll. 17–18 (nach der alten Numerierung: *epistola quinquagesima octaua*).

940 inquit, *facio corpus meum et in seruitutem redigo*. Siquidem Graecis ὑπωπιάζειν est
 'liuore seu sanguinis nota sugillare proprie oculos', quos illi ὄπας vocant, et ὑπώ-
 πια 'notas eiusmodi' autoribus Hesychio et Suida, licet hanc vocem diligenter
 explicarit etiam Theophylactus. Apparet sumptam metaphoram a certamine
 945 pugilum, vnde Paulus non illibenter solet similitudines ducere. Siquidem in his
 supplantabat qui deiiceret in humum antagonistam suum, sugillabat qui notam
 insignem inflixisset faciei.

[A]

EX CAPITE DECIMO

[1] Nolo enim. Οὐ θέλω δέ, 'nolo autem'. [B] Ambrosius legit *enim* consen-
 950 tientibus et antiquis exemplaribus, vt haec cohaereant cum superioribus; si quod
 modo praecepit Corinthiis, idem Iudaeorum exemplis corroborat, quod si mauiis
autem erit ad alia digredientis.

[2] Et omnes in Moyse baptizati sunt. Εἰς τὸν Μωσῆν est Graece, id
 est 'in Mosen'. Augustinus enarrans psalmum septuagesimum septimum legit *per*
Mosen. Rectius arbitror accipi 'in Mosen' pro 'in legem Mosaicam', nondum
 955 enim in Christum, cuius aduentus procul aberat. [D] Interim Moses Christi
 typum gerebat et figuris res adumbrabatur Euangelica.

LB 710

[4] [C] Bibebant autem. Graecis est 'enim'. Atque ita refert Augu|stinus
 libro Aduersus Faustum duodecimo, capite vigesimo nono, ex vetusti codicis fide,
 vbi et Graece dixit: *consequente eis*. Et alias aliquoties sic loquitur: *consequens est*
 960 *huic*. [A] Consequente eos. Ἀκολουθούσης, id est 'sequente' siue 'prose-
 quente'. 'Sequente' autem dixit, tanquam itineris perpetua comite; id enim sonat
 ἀκολουθεῖν magis quam ἐπεσθαί. [B] Origenes homilia in Exodum quinta sequen-
 tem petram refert ad nubem quae praecessisse legitur Hebraeos, [E] offensus vt
 apparet absurditate sensus, si petra dicatur sequi proficiscentes. Verum accipi
 965 potest riuum qui e petra prosiliit, illos fuisse comitatum. Et Augustinus quum
 aliis aliquot locis tum Contra aduersarium legis et prophetarum libro secundo,
 capite sexto interpretatur, Christus erat petra, id est petra significabat Christum,
 nec obstat quod hanc petram dixerit spiritualem. Quicquid enim mysticum
 970 habet sensum, 'spirituale' dicimus. Bibebant aquam de petra, non qualibet, sed
 de spirituali quae significabat illam vnicam petram, vnde salutem hauriunt
 omnes credentes. [B] Hieronymus aut si quis alius is fuit enarrans psalmum qua-

941 sugillare C-E: suggillare B.

943 Theophylactus C-E: Vulgarius B.

945 sugillabat D E: suggillabat B C.

950 si mauiis B D E: mauiis C.

960 ἀκολουθούσης B-E: ἀκολουθήσης A.

960-961 prosequente. B-E: prosequente. Eos,
vero addidit interpretes A.942 autoribus Hesychio et Suida Hesych.
ὑπόπια 795: τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς οἰδή-ματα ... καὶ τὰ πελώματα (Schmidt, vol. IV,
p. 218). Suid. ὑπόπια 649: τὰ ὑπὸ τοὺς

- ὄφθαλμούς πελώματα. Cf. Suid. ὑποπιάζω 652, wo I. Cor. 9, 27a zitiert worden ist.
- 943 *Theophylactus Expos. in I. Cor.*, Migne PG 124, 677 B C. Nach der Übersetzung Personnas: "Vnde verbum ypopiazō, quod 'castigo' interpretatum est; liuores dicimus quosdam, qui sub oculis infliguntur" (p^o lviii').
- 943-944 *metaphoram ... ducere* Cf. *Phil.* I, 30; *Col.* I, 29.
- 944 *non illibenter* Zu diesem Ausdruck: Blaise, *Lexicon Latinitatis medii aevi* s.v.: "non illibenter = libenter". 'Illibenter' ist nicht in Lewis-Short, Souter, *Glossary, ThLL*, Du Cange belegt; Hoven: "illibenter = à contre coeur". Man bekommt den Eindruck, dass besonders der Ausdruck 'non illibenter' verwendet wurde.
- 948 *Nolo enim* *Nov. Test.*: "nolim autem."
- 948 Οὐ θέλω δὲ (οὐ θέλω γὰρ: οὐ θέλω δὲ v.l.; AN III II).
- 948 *Ambrosius* Ambrosiaster, *Comm. in I. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 107, l. 9.
- 952 *Et ... sunt* *Nov. Test.*: "et omnes in Moscon baptizati sunt" (in Mose: in *Moyse* v.l.).
- 952 Μωσῆν (Μωϋσῆν). Zur Schreibweise dieses Namens: Blass-Debrunner §38.3.
- 953 *Augustinus Enarr. in Ps.* 77, 2, CCSL 39, p. 1067, l. 23 (per Moysen).
- 957 *Bibebant autem* *Nov. Test.*: "bibebant enim."
- 957 *Graecis est 'enim'* Cf. Wordsworth-White ad loc.: "autem contra graecum" (ἐπινον γὰρ). Bentley und Er.: 'enim'.
- 957 *Augustinus Contra Faust.* XII, 29, CSEL 25, p. 357, l. 12.
- 958 *ex vetusti codicis fide* Cf. n.ll. 469-470 zu I. Cor. 12, 10, und n.ll. 385-386 zu I. Cor. 15, 11.
- 959 *ubi ... eis* Er. meint die griechische Redewendung ἀκολουθεῖω mit Dativ / consequi mit Dativ ('eis'), die jedoch in der heutigen Ausgabe nicht an der genannten Augustinusstelle (CSEL 25, p. 357) steht. Siehe aber Er.' Augustinusedition ad loc.: "bibebant enim de spiritali consequente eis petra" (Basileae 1528, tomus VI, p. 186 D).
- 959 *alias* Diese Wendung in Ps.-Aug. *Principia rhetorices*, cap 7, Migne PL 32, 1444: "Consequens huic locus est." Die Schrift *Principia rhetorices* wurde von Er. in die Opera omnia von Aug. (Basel, 1528-1529) aufgenommen (tomus I, pp. 213-219); die Gesamtausgabe Augustinus' besorgt von Er. enthält auch die 'spuria'. Dazu: Jan den Boeft, *Erasmus and the Church Fathers*, in: Irena Backus, *The Reception of the Church Fathers in the West*, Leiden, 1997, pp. 552-555.
- 960 *Consequente eos* *Nov. Test.*: "quae illos comitabatur" (consequenti eos: *consequente eos* v.l.).
- 961-962 *Sequente ... ἐπισθαῖ*. Siehe Er.' Übersetzung im *Nov. Test.* (n.l. 960): 'comitabatur'. Diese Anmerkung Er.' hat Stunica Kritik hervorgerufen, ASD IX, 2, p. 186, ll. 405-417, aber: "Hic certe nihil illi erat rei mecum, qui nec ab illo dissentio, neque quicquam dico quod ille possit reprehendere" (ll. 415-417). Zur Stunica bzw. Er.' Interpretation der betreffenden Stelle: ASD IX, 2, p. 187, n.l. 409.
- 962 *Origenes In Exodum hom.* 5, 2, GCS, Origenes Werke 6, p. 185, ll. 8-10: "Si ergo vis venire in hoc, vt Dominus tibi dux sit et 'in columna' te 'nubis' praecedat et sequatur te 'petra', quae tibi 'escam spiritalem' et 'potum' nihilominus praebear 'spiritalcm', proficiscere et exi ex Ramesse." Cf. auch cap. 5, I, p. 184.
- 963 *ad nubem ... Hebraeos Ex.* 13, 20-14, 25.
vocem liquido percipere. Nec iis qui cantillant ocium est attendendi quid canant. Tantum vocum tinnitus aures ferit et mox peritura delectatiuncula mulcet. Ferendum et hoc, nisi vulgus sacerdotum ac monachorum in huiusmodi rebus summam constitueret pietatem multum dissentiens a Paulo. [B] Cur dubitat ecclesia tantum autorem sequi? Imo cur audet ab eo dissentire? Quid aliud auditur in monasteriis, in collegiis, in templis ferme omnibus quam vocum strepitus? Atqui aetate Pauli non cantus erat, sed pronuntiatio duntaxat. Vix a posterioribus receptus est cantus, sed talis vt nihil aliud esset quam distincta modulataque pronuntiatio, cuiusmodi superest etiamnum apud nos, qua sonamus in canone sacro precationem dominicam, et linguam qua haec canebantur, vulgus adhuc promiscuum intelligebat respondens 'amen'. Nunc vulgus quid aliud audit quam voces nihil significantes? Et talis est fere pronuntiatio, vt nec voces exaudiantur, sonitus tantum aures feriat. Atque haec primum specie pietatis recepta paulatim eo processerunt, vt psalmodum, cantionum, sacrorum, mortualiorum neque modus sit vllus neque finis, quod sentiamus hinc [D] aliquid [B] accrescere prouentibus nostris. Quodque grauius est: ad haec praestanda sacerdotes astringuntur arctioribus pene vinculis quam ad ea quae praecipit Christus. [C] Ad haec audienda cogitur populus depulsus ab opera qua liberos alit et vxorem; qua re quid esse potest sanctius? [B] Habeant sane templa solennes cantus, sed moderatos. Ad eadem cogimur priuatim occupati et publicum chorum in nauis, in vehiculis, in pandochiis nobiscum circumferimus. Ex his obseruatis aut neglectis pii aut impii iudicamur. Est quispiam Crasso auarior, Zoilo maledicentior, vir tamen pius habetur, quod clara voce sonet eas preculas, etiamsi nihil intelligat. Obsecro, quid sentiunt de Christo, qui credunt illum huiusmodi vocum strepitu delectari? Nec his contenti operosam quandam ac theatricam musicam in sacras aedes induimus, tumultuosum diuersarum vocum garritum, qualem non opinor in Graecorum aut Romanorum theatris vnquam auditum fuisse. Omnia tubis, lituis, fistulis ac sambucis perstreperunt cumque his certant hominum voces. Audiuntur amatoriae foedaeque cantilenae, ad quas scorta mimique saltitant. In sacram aedem velut in theatrum concurrunt ad deliniendas aures. Et in hunc vsum magnis salariis aluntur organorum opifices, puerorum greges, quorum omnis aetas in perdiscendis huiusmodi gannitibus consumitur, nihil interim bonae rei discentium. Alitur sordidorum [D] ac leuium, [B] vt plerique sunt [D] Dionysiaci, [B] hominum colluies ac tantis sumptibus oneratur ecclesia ob rem pestiferam | etiam. Quaeso te vt rationem incas, quot pauperes de vita periclitantes poterant ali cantorum salariis? Haec adeo placent, vt monachi nihil aliud agant praesertim apud Britannos, et quorum cantus debuit esse luctus, hi lasciuis hinnitibus et mobili gutture Deum placari credunt. [D] In hunc vsum etiam in Benedictinorum collegiis apud Britannos aluntur ephebi puerique et vocum artifices, qui mane virgini matri modulatissimo vocum garritu ac musicis organis sacrum decantent. Huiusmodi choros episcopi coguntur alere domi. [B] Atque his rebus occupati nec attingunt bonas literas nec audiunt quibus in rebus sita sit vera religio. [D] Iam qui crassiores sunt quam vt artem musicam queant perdi-

163 cantillant *D E*: canunt *A-C*.

- 166–220 *Cur ... frustra* Die Pariser Theologen zitieren in ihren 'censurae' (dazu: n.ll. 624–793 zu 1. *Cor.* 13, 2) einige Suggestivfragen dieser Passage ('propositiones', cf. *LB IX*, 899 D; 900 A), aufgrund wovon sie Er.' Auffassungen verurteilen: es betrifft ll. 166–167 *Cur ... dissentire?* (propositio lxix); ll. 167–168 *Quid ... strepitus?* (propositio lxvii); ll. 173–174 *Nunc ... significantes?* (propositio lxviii); ll. 185–186 *Obsecro ... delectari?* (propositio lxviii). Er. verteidigt sich in den *Declarat. ad cens. Lutet.* *LB IX*, 900 D – 902 C, worin er einige Ausschnitte des vorliegenden Passus (l. 158 sqq.) anführt (ll. 164–166, *LB IX*, 900 E; ll. 173–175, 900 F – 901 A; ll. 184–185, 901 A etc.), um seine Anmerkungen (Fragen) in den Kontext seiner Darlegung zu stellen, cf. *LB IX*, 900 D: "Ex huiusmodi fragmentis [sc. die propositiones], si a maleuolis ad calumniam decerpantur, quis posset recte pronuntiare? Qui totam Annotationem legerit, perspiciet me longe aliud agere quam isti [sc. die Pariser Theologen] suspicari videntur."
- 166–167 *Cur ... dissentire?* Cf. *LB IX*, 901 C: "Cur ... dissentire? Ecclesiam appello vsum externum Ecclesiae, quo fit vt nunc tam frequens sit in Ecclesia psallere spiritu, cum prophetia, quam ille [sc. Paulus] praefert, sit admodum rara."
- 167–168 *Quid ... strepitus?* Cf. *LB IX*, 900 D E: "Nos contra plurimum adhibemus cantionum, doctrinae spiritualis quam minimum, praesertim in monasteriis, in quibus non operantur manibus, sed plurimas horas externis precibus et cantionibus onerantur" etc.
- 173–174 *Nunc ... significantes?* Cf. *LB IX*, 901 A: "Haec non alio spectant, quam vt conciones frequentius habeantur apud populum" (cf. n.ll. 160–161).
- 176 *mortaliorum* Er. meint vielleicht 'mortalium', sc. 'mortalium carminum' (Totenlieder, cf. Plaut. *Asin.* 808).
- 178–181 *Quodque ... sanctius?* Diese Worte hat Albertus Pius nach Er. verdreht, cf. *LB IX*, 1155 C D.
- 181 *Habeant ... moderatos* Mit diesem Satz fängt Er. seine Verteidigung an, cf. *LB IX*, 900 D.
- 183 *pandochiis* Cf. Souter, *Glossary* s.v. *pandochius*: 'inn', 'hotel' und Hoven s.v. *pandochium*: 'auberge'.
- 184 *Crasso auarior* Die geläufige Redensart lautet: *Crasso ditior* (locupletior), cf. *Adag. Proleg. ASD II*, 1, p. 80, l. 653 und p. 81, n.l. 653; *Adag.* 574 (Croeso, *Crasso ditior*), *ASD II*, 2, p. 100.
- 184 *Zoilo maledicentior* Nach Suid. Ζωίλος 130. Cf. *Adag. Proleg. ASD II*, 1, p. 80, l. 651 und n.l. 651 und *Adag.* 1408 (Zoili), *LB II*, 556 F.
- 185–186 *Obsecro ... delectari?* Cf. *LB IX*, 901 A: "Superest tertia propositio: *Obsecro quid sentiunt etc ... Non obscurum est quin hic agam de his, qui neglecta animi pietate magnam sanctimoniam putant illa non intellecta in templis lingua sonare. Talium enim vocibus Christus non solum non delectatur, verum etiam offenditur*" etc.
- 186–197 *Nec ... etiam* In den *Declarat. ad cens. Lutet.* *LB IX*, 902 C fasst Er. diese Kritik folgendermassen zusammen: "Interim in mediis sacris auditur indecorus ac dissolutus strepitus Dionysiacorum, et salariis non necessariis grauat Ecclesia et perditur adolescentulorum optima aetas, inter Dionysiacos educata, cum ad adultam aetatem peruenierint, ad nihil vtilium quam ad canendum ac bibendum."
- 195–196 *Dionysiacy* Zu diesem Begriff: *Adag.* 1234 (Tibicinis vitam viuus), *LB II*, 494 F – 495 B, worin Er. über die *τεχνῖται Διονυσιακοί* spricht ("Vix vnquam bonae frugis esse consueuerint ... assidue in delitiis ac voluptatibus vitam agunt" etc.).
- 197–203 *Quaeso ... domi* Cf. ll. 178–181 und Er.' Antwort auf die Kritik von Albertus Pius, *LB IX*, 1155 C D: "Ad haec adstringuntur sacerdotes ... Haec potissimum ad Anglos pertinent, nam illic tum agebam, apud quos, cum sit perpetua vocum modulatio, quae non sinit intelligi verba, tamen denunciat populo, vt audiant cantiones matutinas et horarum omnium sub poena gehennae. Iam vtrum est sanctius, labore manuum subuenire liberis fame periclitantibus an totum diem audire cantum non intellectum ac proinde inutilem?" Zu Albertus Pius und seiner Kritik: Margolin (1969), pp. 93–96.
- 199 *apud Britannos* Dazu: Margolin (1965), p. 60 sq., pp. 64–66.
- 205 *crassiores* Zu diesem Ausdruck: *Adag.* 37 (*Crassa Minerua. Pingui Minerua. Crassiore Musa*), *ASD II*, 1, p. 152.

scere, non putant satisfieri festo diei, nisi deprauatum quoddam cantus genus adhibeant, quod illi ‘fauburdum’ appellant. Id nec thema praescriptum reddit nec artis harmonias obseruat. Ad haec quum in hoc recepta sit in ecclesiam musica sobria, quo verborum sensus efficacius influant in animos auditorum, quibusdam
 210 hoc quoque pulchrum videtur, si vnus aut alter caeteris admixtus ingenti boatu vocis efficiat, ne verbum vllum percipiatur. In hoc indulgetur stultorum affectibus et ventri consulitur. [B] Cur haec nobis sola placent, quae Paulus ceu paruulorum infantiam parcissime vult adhiberi, imo quae nullo pacto laturus fuerat? Siquidem de sacra lectione loquitur ille, non de theatricis cantiunculis. Psallamus spiritu, sed psallamus Christiane, psallamus parce, magis autem psallamus mente.
 215 Loquamur linguis, sed parcius, prophetemus studiosius. [D] Audiatur in primis prophetae vox, quae redarguat impii conscientiam, quae consoletur deiectos, quae extimulet dormitantes, quae mysteria diuini Spiritus proferat. Et in hunc vsum potius instituat aetas tenera. [B] Sed satius, opinor, quod institutum est, persequi [C] quam haec deplorare, haud scio an frustra.

[20] [B] Nolite pueri effici sensibus. Μὴ γίνεσθε, quod magis sonat ‘ne sitis’. Ac mox *sensibus*, φρεσί, quod Augustinus legit *mentibus* ac meo iudicio rectius. Sed malitia paruuli estote. Νηπιόζετε, vnica dictione quasi dicas ‘pueremini’ et ‘pueros agatis’. Quanquam vt saepe iam admonui, νήπιοι dicuntur
 225 pueri id aetatis, quo nondum sapere possunt. Vnde pro *paruuli* Augustinus edisserens psalmum centesimum trigesimum legit *infantes*.

[21] [A] In aliis linguis. Ἐν ἑτερογλώσσοις, id est ‘in iis qui sunt diuersarum linguarum’ ac si dicas composita voce ‘in diuersilinguis’; [B] id ita potest accipi, vt intelligamus linguarum varietatem, qua sunt vsi apostoli, aut nouam
 230 linguam a superiore illa diuersam, hoc est linguam inter se diuersam, aut ab aliis diuersam. [A] Locus quem adducit, est apud Esaiam capite vigesimo octauo: *In loquela enim labii et in lingua altera loquetur ad populum istum*, [C] *cui dixit*. [A] Sic enim Hieronymus reddidit Hebraica. Nam iuxta Septuaginta ad hunc legimus modum: [C] Διὰ φαλισμὸν χειλέων, διὰ γλώσσης ἑτέρας, ὅτι λαλήσουσι τῷ
 235 λαῶ τούτῳ λέγοντες, id est [A] ‘Propter irrisionem labiorum, propter linguam alteram, qua loquentur populo huic dicentes eis’. Paulus iuxta Hebraicam veritatem adducit testimonium, quum Septuaginta caeterique interpretes longe diuersa legerint hoc loco, sed ita rursus, vt sensum magis expresserit quam verba; id quod admonet et diuus Hieronymus hunc enarrans locum. Iam illa: *et nec sic exaudient*

231 vigesimo octauo B E: vicesimosecundo A, xxvii C D.

233 Hebraica B–E: hebraica, quae sunt huiusmodi אֵל יְדַבֵּר אֶת הַדְּבָרִים וְכִלְשׁוֹן שִׁפְהָ בְּלִשׁוֹן אֲחֵרָה הֵם הָעַם הַזֶּה A.

236 eis. B–E: eis. Annotat et Reuchlinus noster in loquela labii dictum esse perinde ac balbutiente et subsannante labio, A.

237 adducit E: adduxit A–D.

207 *fauburdum* Gemeint ist faux-bourdon (falsobordone, faburden). Das Entstehen und

die Entwicklung des faux-bourdon sind nicht bis ins Detail bekannt. Es betrifft einen

- in Akkorden komponierten Gesang mit parallelen Stimmen, der durch Kadenzzen unterbrochen wird (cf. l. 207: "nec thema praescriptum reddit"). In diesem Zusammenhang ist John Dunstable – England, um 1390–1453 – zu erwähnen. Siehe weiter: Margolin (1965), pp. 64–67.
- 212–213 *Cur ... adhiberi* Eine Anspielung auf I. Cor. 14, 20.
- 214 *theatricis* Cf. Souter, *Glossary* s.v. N.B.: 'cantiuncula' findet sich schon bei Cic. *Fin.* V, 49.
- 214–216 *Psallamus ... studiosius* Der Tenor der Darlegung Paulus' in I. Cor. 14, 1–25.
- 221 *Nolite ... sensibus Nov. Test.*: "ne sitis pueri sensibus."
- 222 *Augustinus* Z.B. *Enarrat. in Ps.* 130, 12, *CCSL* 40, p. 1908, l. 44.
- 223 *Sed ... estote Nov. Test.*: "sed malitia pueri sitis."
- 224 *ut ... admonui* Cf. n.l. 875 zu I. Cor. 13, 11.
- 225 *Augustinus* *Enarrat. in Ps.* 130, 12, *CCSL* 40, p. 1908, l. 44: "sed malitia infantes estote."
- 227 *In aliis linguis Nov. Test.*: "[in A] variis linguis."
- 231–245 *Locus ... loco* Wie an anderen Stellen vergleicht Er. auch hier ein Isaiaszitat bei Paulus mit dem Vg.-Text und mit dem Text der LXX des betreffenden Zitats, wobei er die hebräische Fassung einbezieht (cf. app. crit. n.l. 233): *Annot. in I. Cor.* 2, 9, ll. 369–382; *Annot. in Rom.* 2, 24, *LB VI*, 572 F – 573 E; *Annot. in Rom.* 9, 27–29, *LB VI*, 616 C–E; *Annot. in Rom.* 10, 15, *LB VI*, 619 D E.
- 231 *apud ... vigesimo octavo Is.* 28, 11–12 (232 et lingua Stuttgart Vg.: et in lingua v.l.). In der Auflage A schrieb Er.: vicesimosecundo, in B vigesimo octavo, in C D xxvii und in E wiederum: vigesimo octavo. Stunica hat auf den Fehler in A hingewiesen: *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun. ASD IX*, 2, p. 188, ll. 440–444: "Quod est apud Esaiam, capite xxviii, citatum erat ex capite xxii, quod haud dubium est accidisse castigatum et operarum incuria ... in aeditione secunda reposuerim verum numerum" (in den Ausgaben C und D war die Angabe, nebenbei bemerkt, wieder fehlerhaft). Dazu: *ASD IX*, 2, p. 189, den Kommentar ad loc.
- 232 *cui dixit* Als Er im Zusammenhang mit der Kritik Stunicas die vorliegende Annotatio revidierte, hat er in der Ausgabe C diese Worte nachgetragen (cf. ll. 234–235; app. crit. n.l. 240; ll. 240–241; ll. 242–243).
- 233 *Hieronymus* So auch *Comm. in Is.* IX, 28, 9–13, *CCSL* 73, p. 359, ll. 5–6.
- 233 *iuxta Septuaginta Is.* 28, 11–12 (λαλήσουσιν Stuttgart Sept.).
- 235–236 *Propter ... eis* Dieselbe Übersetzung: Hier. *Comm. in Is.* IX, 28, 9–13, *CCSL* 73, p. 359, ll. 16–18.
- 236 *eis* Cf. app. crit. n.l. 236: Er. stützte sich in der Ausgabe A auf eine Anmerkung Reuchlins, die er dessen Lehrbuch der hebräischen Sprache, nämlich der Ausgabe *De rudimentis Hebraicis* (1506, Buch I/ II Lexikon, Buch III Grammatik), entnommen hat. Siehe p. 270 sq. des betreffenden Lexikons: "Subsannauit. derisit ... Isaias xxviii. secundum LXX interpretes propter irrisionem labiorum quod nostra translatio legit sic: In loquela enim labii, quasi diceret: in balbutiente labio et subsannante vt secundo Paralippomenon xxx. [2. Chr. 30, 10]: Illis irridentibus et subsannantibus." Reuchlin beteiligte sich an der Hieronymusedition und besorgte Er. Mss. für die Arbeit am NT. Zu Reuchlin: *Contemporaries* s.v. (Johann) Reuchlin, bes. p. 147 sq. und n.l. 150 zu 2. Cor. 6, 15.
- 237 *caeterique interpretes* Er. meint wohl Symmachus und Theodotion, die von Hier. (cf. n.l. 239) erwähnt werden. Zu Symmachus, Theodotion und Aquila, den Übersetzern des AT: A. Hilhorst, *Biblical Scholarship in the Early Church*, in: *The Impact of Scripture in Early Christianity*, edd. J. den Boeft, M.L. van Poll-van de Lisdonk, Leiden, 1999, pp. 1–19, bes. pp. 4–6.
- 239 *Hieronymus Comm. in Is.* IX, 28, 9–13, *CCSL* 73, p. 360 sq. ll. 67–77: "Legimus in apostolo: *In aliis linguis, et in labiis aliis loquar populo huic, et nec sic exaudient me, dicit Dominus.* Quod mihi videtur iuxta Hebraicum de praesenti sumptum capitulo; et hoc in veteri obseruauimus testamento ... non eos iuxta Septuaginta, sed iuxta Hebraicum ponere, nullius sequentes interpretationem, sed sensum Hebraicum cum suo sermone vertentes, Symmachus, Theodotio et LXX de hoc loco diuersa senserunt" etc.
- 239–240 *Iam ... Dominus* Zu Unrecht schrieb Er. in den Ausgaben A–C: "Iam illa ... dicit dominus, de suo Paulus adiecit" etc. (cf. app. crit. n.l. 240); diese Anmerkung kann nur die Worte 'dicit Dominus' und nicht 'et nec sic exaudient me' (nach *Is.* 28, 12) betreffen. Erst in der Ausgabe E korrigiert Er. diesen Fehler (l. 241 sqq.). In der *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun. ASD IX*, 2, p. 188, ll. 450–456 vermittelt Er. anlässlich der Kritik Stunicas an dieser Anmerkung ein einigermaßen falsches Bild dieser Frage. Dazu: *ASD IX*, 2, p. 189, n.l. 453 und n.l. 455.

240 *me, dicit Dominus* [C] nec habentur apud Hebraeos nec apud Graecos interpretes, sed tamen [E] aliquanto post sequitur in vaticinio: *et noluerunt audire*, quod Paulus videtur attexuisse. Nam haec clausula: *dicit Dominus*, [C] solenniter addi solet in prophetiis velut epiphonema. [A] Nisi forte aliunde sumptum est hoc testimonium. Siquidem Hieronymus non audet affirmare, sed ait ita sibi
245 videri ex eo sumptum loco.

[22] Fidelibus. Πιστεύουσιν, id est 'credentibus'.

[23] [C] Idiotae aut infideles. *Infideles* priore loco non additur apud Ambrosium, haud scio an culpa scribarum. Nam ex commentario nihil liquet. [D] Certe apud Graecos additur. [A] Quid insanitis. "Οτι μαινεσθε, id est
250 'quod insanitis'. Non enim rogaret, cur insaniant, sed affirmaret eos insanire. [B] *Quod insanitis* scriptum extat in exemplari Paulino [D] et item in Constantiensi. [B] Neque secus legit Ambrosius apud quem est: *quia insanitis*, quo magis sit evidens *quod* mutatum fuisse in *quid*. Idem libro De Spiritu Sancto tertio, capite decimonono legit: *Nonne dicent quod insanitis?* [C] Atque itidem scriptum com-
255 peri in codice Donatiani. [B] Proinde ne quid superesset scrupuli nos vertimus: *Nonne dicent vos insanire?* Quemadmodum planissime interpretatur Theophylactus [E] et Chrysostomus.

[25] [A] Occulta enim. Καὶ οὕτως τὰ κρυπτά, id est 'et sic occulta cordis' vt paulo post 'et ita cadens', καὶ οὕτως πεσών. [B] Ambrosius non addit *enim* vt
260 nec Graeci. Nec tamen addit 'ita', nisi quod in secunda particula pro *ita* ponit *tunc: et tunc cadens in faciem* et caetera. |

LB 733 [26] [A] Apocalypsim habet. Quum ante verterit *reuelationem*, nunc vocem Graecam reliquit, ἀποκάλυψιν. [B] Nec video cur id maluerit. Ambrosius hic quoque legit *reuelationem*. Et paulo ante *psalmum* Latine dicere poterat 'canticum'.
265

[27] Secundum duos aut vt multum tres. Κατὰ δύο ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς, subaudiendum est 'fiat', praecessit enim: *omnia fiant ad aedificationem*; 'siue quis loquitur lingua, fiat ad aedificationem, sed ita vt in singulis conuentibus bini duntaxat loquantur aut ad summum terni, sed ita vt non simul loquantur
270 omnes, sed vicissim sileant ac loquantur'. Porro qui tandem sermonis color est, quo vsus est interpres 'secundum duos' aut 'secundum tres'? Aut quorsum attinet quod hic adducit Aquinas: *in ore duorum aut trium testium?* Nam ideo Paulus non vult plures in eodem coetu prophetare, ne fiat confusio. [A] Vt multum. Τὸ πλεῖστον, id est 'vt plurimum' siue 'ad summum'. Per partes.
275 Καὶ ἀνὰ μέρος, id est 'vicissim'. [C] Quid autem est *per partes?* Ambrosius legit *particulatim*.

240 dicit dominus D E: dicit dominus, de suo Paulus adiecit, vt impleret prophetiae formam A B, dicit dominus, de suo Paulus adiecit, vt impleret prophetiae formam. Siqui-

dem haec verba dicit dominus C. 243 solet E: solent C D.

246 πιστεύουσιν B-E: πιστεύουσι A.

247 Infideles [alt.] D E: Infidelis C.

- 256-257 Theophylactus C-E: Vulgarius B.
258 οὕτως B-E: οὕτω A.
- 241 et ... *audire* Is. 28, 12: "Et hoc est meum refrigerium et noluerunt audire."
- 242 *dicit Dominus* Bei Is. 14, 22; 14, 23; 17, 6; 22, 25 etc.
- 243 *epiphonema* Nach Quint. *Inst.* VIII, 5, 11: "Est enim epiphonema rei narratae vel probatae summa acclamatio." Cf. Lausberg §879 und *De cop. verb.* II, ASD I, 6, p. 252, ll. 343-353.
- 243-245 *Nisi ... loco* Cf. ASD IX, 2, p. 188 sq. ll. 456-459: "Nec affirmo locum hunc aliunde sumptum, sed addubitans dico: nisi forte, et addo argumentum, quod ipse Hieronymus non affirmat, sed ait sibi videri sumptum ex hoc Esiae loco."
- 244 *Hieronymus Comm. in Is.* IX, 28, 9-13, CCSL 73, p. 360, ll. 69-70: "Quod mihi videtur iuxta Hebraicum de praesenti sumptum capitulo" (cf. n.l. 239 und die vorangehende Anm.).
- 246 *Fidelibus Nov. Test.*: "credentibus."
- 246 Πιστεύουσιν, *id est credentibus* Zu dieser Terminologie (πιστεύω, credere, fides, fidelis): *Annot. in Rom.* I, 17, LB VI, 562 D - 563 B; weiter n.l. 59 und n.ll. 59-61 zu I. Cor. I, 9.
- 247 *Idiotae aut infideles Nov. Test.*: "indocti aut increduli [infideles A]."
- 248 *Ambrosium Ambrosiaster, Comm. in I. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 157, ll. 4-5: "introeant autem et idiotae" (es gibt die v.l.: infideles et idiotae; imperiti aut infideles. Dazu: Vogels, *Das Corpus Paulinum des Ambrosiaster*, app. crit. ad loc.).
- 249 *apud Graecos* ἰδιῶται ἢ ἄπιστοι.
- 249 *Quid insanitis Nov. Test. A*: "quod insanitis"; *Nov. Test. B-E*: "vos insanire" (quod insanitis: *quid insanitis* v.l.; Er.' Vg. Text von 1527). In den *Loca manifeste deprauata*: "Quid insanitis, pro, quod insanitis."
- 251 *exat ... Constantiensi* Cf. n.ll. 997-1000 zu I. Cor. 14, 2.
- 252 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in I. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 157, l. 5.
- 253 *Idem Sc. Ambrosius, De Spiritu Sancto* III, 18 [!], 143, CSEL 79, p. 211, l. 96: "nonne dicit quod insanitis?" (*dicent* v.l.; so Er.' Ambrosiusausgabe (1527) tomus II, p. 231 A).
- 254-255 *Atque ... Donatiani* Cf. n.ll. 997-1000 zu I. Cor. 14, 2.
- 255 *vertimus* Cf. *Nov. Test. B-E* ad loc.: "nonne dicent vos insanire" (cf. n.l. 249).
- 256-257 *Theophylactus Expos. in I. Cor.*, Migne PG 124, 744 C. Nach Personae Übersetzung der betreffenden Stelle: "Sic infert, nonne idiote vel infideles dicturi sunt vos insanire, hoc est dementes quales erant qui maledictis apostolos incesebant dicitabantque vino madere et ebrios esse" (f° lxx').
- 257 *Chrysostomus In I. Cor. hom.* 36, 1, Migne PG 61, 307, cf. auch *hom.* 36, 2, Migne PG 61, 308.
- 258 *Occulta enim Nov. Test.*: "et sic occulta" (*occulta: occulta enim* v.l.; Er.' Vg. Text von 1527).
- 258 Καὶ οὕτως τὰ κρύπτα (τὰ κρύπτα: καὶ οὕτω[ς] τὰ κρύπτα v.l.; AN III 11).
- 259 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in I. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 157, ll. 11-12.
- 262 *Apocalypsim habet Nov. Test.*: "reuelationem habet."
- 262 *ante Lc.* 2, 32; *Rom.* 2, 5; 8, 19; *I. Cor.* I, 7; 14, 6 etc. Ein ähnlicher Fall in *Annot. in I. Cor.* 12, 25, ll. 539-540: *I. Cor.* 12, 25: 'schisma' (statt 'dissidium') wurde beibehalten.
- 263 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in I. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 158, l. 9.
- 264 *paulo ante* Cf. *I. Cor.* 14, 26a: "vnusquisque vestrum psalmum habet." Nach Ambrosiaster, loc. cit., p. 158, ll. 5-6: "psalmum habet. Id est laudem dei per cantum eloquitur."
- 266 *Secundum ... tres Nov. Test. A*: "iuxta duos aut vt plurimum tres"; *Nov. Test. B-E*: "fiat per binos aut ad summum ternos."
- 267 *omnia ... aedificationem I. Cor.* 14, 26 (ad aedificationem fiant).
- 272 *Aquinas Thomas Aquinas, Super I. Cor. lect.* 870, p. 400: "Deut. xvii, 6: In ore duorum vel trium etc. (cf. *Dt.* 17, 6: "In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur. Nemo occidatur vno contra se dicente testimonium")."
- 273-274 *Vt ... summum* Cf. Valla, *Annot.* ad loc.: "Et melius et verius transferat 'plurimum' siue 'ad summum' quam 'multum', πλεῖστον" (Garin I, p. 868, col. 2) und Er.' Übersetzung im *Nov. Test.* (n.l. 266).
- 274 *Per partes Nov. Test.*: "vicissim."
- 275 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in I. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 158, l. 25.

[31] [A] Per singulos. Καθ' ἕνα, id est 'singulatim'.

[32] Spiritus prophetarum. Πνεύματα Graecis pluratiui numeri est, [E] quemadmodum citat Hieronymus prologo in Esaiam: *Spiritus prophetarum, prophetis subiecti sunt.* [A] Et 'subiiciuntur' ὑποτάσσεται, [B] verbum praesentis temporis, [A] ne sentiamus hoc dictum de ipso Spiritu Sancto, sed dono Spiritus, quod ita datum esset singulis quibus contigit, vt in ipsorum esset arbitrio vti aut non vti, quod afflatis et lymphatis non item licet.

[33] Non enim est dissensionis Deus. Ἀκαταστασίας, id quod magis sonat 'confusionem', [B] 'seditionem' [A] et 'turbatum rerum ordinem'. [B] Ambrosius legit *dissensionis res*, non *dissensionis Deus*. Atque ita edisserit: *Quia ergo pacis res est dicente saluatore 'pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis', nemo alterum non sinat dicere,* [C] nisi forte pro 'rex' mutatum est *res*. [A] Sicut in omnibus ecclesiis sanctorum. Hoc loco verbum *doceo* a nostris additum videtur. Nam apud Graecos non est. [E] Apud Chrysostomum aeditionis Veronensis additur, sed in enarrando non attingit, vnde adiectitium esse videtur. In aeditione Aldina non additur. Neque vero Paulus docebat in omnibus ecclesiis, sed in omnibus ecclesiis sanctorum ordine et absque tumultu res agebatur. [A] Subaudiendum autem nonnihil 'sicut in omnibus ecclesiis pax est et concordia'. Nam omnium exemplo adhortatur Corinthios, vt similiter faciant, [B] licet Ambrosius videatur addidisse, quum adscripserit: *Hoc dicto hortatur illos, vt quae praecipit, faciant, quia similiter se ecclesiis sanctorum praedicare testatur.* Atque Theophylactus hoc Pauli dictum detorquet ad omnes ecclesias, etiam Iudaeorum et gentium: 'Quum in nullis ecclesiis decora sit dissensio, in vestra pudeat istorum tumultuum'. Porro 'ecclesias' appellat coetus et conuentus hominum. Siquidem et apud ethnicos indecorum habebatur in conuiuio aut in concilio tumultuari. [D] Scholiastes ille Latinus cum Graecis legere videtur eo quod hoc commentum adiecerit: *Sic est vbique, ne noui aliquid me vobis imperare putetis.*

[34] [A] Permittitur. Ἐπιτρέπεται, id est 'permissum est'. [B] Interpres et Ambrosius legisse videntur ἐπιτρέπεται. Quanquam grae|ca vox anceps est, vt quae declaret interim permittere interim mandare ac committere. Cum hoc aptius quadraret quod sequitur: *sed vt subditae sint viris suis.* Caeterum *in ecclesia* Latine dixisset clarius 'in congregatione' siue 'in coetu'.

[38] [A] Ignorat, ignorabitur. Ἄγνοεῖ, ἀγνοεῖτω, id est 'ignorat, ignoret', id est 'si quis nolit haec scire, nesciat suo periculo'. Quanquam Ambrosius exponit *ignorabitur* [B] adducens illud ex Euangelio: *Amen dico vobis, nescio vos.* [A] Opinor eum legisse ἀγνοήσεται. Verum secus accipiunt Graecanica scholia nominatim [E] Chrysostomus ac [A] Theophylactus [B] 'ignorat, ignoret'. Qua figura dictum est illud: *qui in sordibus est, sordescat adhuc.*

[40] [A] Fiant in vobis. *In vobis* apud Graecos non est.

277 καθ' ἕνα B-E: καθ' ἕν A.
277 singulatim B-E: singillatim A.
282 datum B-E: daturum A.

289 ecclesiis sanctorum scripsi sec. Vg. 1527: ecc. sanct. A, eccles. sanct. B-E.
298 Theophylactus C-E: Vulgarius B.

- 299 gentium *D E*: gentilium *B C*.
 299 dissensio *B D E*: dissensio *C*.
 304 ἐπιτέτραπται *B-E*: ἐπιτετράπεται *A*.
 312 eum *A-D*: enim *E*.
- 277 *Per singulos Nov. Test.*: "singulatim [singil-
 latim *A*]."
 278 Πνεύματα ... *numeri est* In Er.' Vg. Text
 von 1527: "et spiritus prophetarum prophetis
 subiectus est" (et spiritus ... subiecti sunt: *et
 spiritus ... subiectus est* v.l.).
 279 Hieronymus In *Esaiam prologus*, CCSL 73,
 p. 2, ll. 60-61.
 280 subiiciuntur So auch *Nov. Test.*
 284 Non ... *Deus Nov. Test.*: "non enim est
 confusionis autor [autor om. *A*] deus."
 286 Ambrosius Ambrosiaster, *Comm. in 1. Cor.*,
 CSEL 81, 2, p. 160, l. 21.
 286-288 *Quia ... dicere* Ambrosiaster, loc. cit.,
 p. 160, ll. 22-24 (287 pacem meam relinquo:
pacem relinquo v.l.).
 288-289 *Sicut ... sanctorum Nov. Test. A*: "vt in
 omnibus ecclesiis sanctis"; *Nov. Test. B-E*:
 "vt in omnibus congregationibus sancto-
 rum."
 289-290 *Hoc ... videtur* (sanctorum: sancto-
 rum doceo v.l.; Er.' Vg. Text von 1527). In der
 Liste *Quae sint addita*: "Doceo' hoc loco a
 nostris additum videtur."
 290 *Nam ... est* Διδάσκω fehlt in den von Er.
 herangezogenen Mss.; siehe aber Tischendorf
 und Wordsworth-White ad loc.
 290 *Chrysostomus In 1. Cor. hom. 36, 4*, Migne
 PG 61, 312: ὡς ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις
 τῶν ἁγίων διδάσκω. So auch die Editio von
 Verona (1529), cf. P^o 225'.
 292 *additione Aldina* Zu dieser Edition des NT:
 n.l. 878 zu 1. *Cor.* 13, 11. Siehe P^o 411', col. 1
 (ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τῶν ἁγίων).
 296 Ambrosius Ambrosiaster, *Comm. in 1. Cor.*,
 CSEL 81, 2, p. 161, ll. 4-5 (297 praecepit:
praecipit v.l.; quando). In Er.' Ambrosiusaus-
 gabe (1527), tomus IV, p. 876 D: "praecepit;
 quando."
 298 *Theophylactus Expos. in 1. Cor.*, Migne PG
 124, 748 C D. Cf. *Personas* Übersetzung:
 "Extant namque et Gentilium et Iudeorum
 ecclesie; pudeat itaque vestre vos insolentie,
 qui preter ceterarum ecclesiarum consuetudi-
 nem vos ipsi gesscritis" (P^o lxxi').
 302 *Scholiasies ille Latinus* Gemeint ist Pelagius'
 Kommentar zu 1. *Cor.* 14, 33; Souter II, p.
 211 (= Migne *PL Suppl.* I, 1227). Zu Pelagius
 und seinem Pauluskommentar: n.l. 147-148
 zu 1. *Cor.* 14, 19.
 304 *Permittitur Nov. Test. A*: "mandatum est";
Nov. Test. B-E: "permissum est."
- 312 ἀγνοήσεται *D E*: ἀγνοείσεται *A-C*.
 312-313 nominatim *B-E*: et *A*.
 313 Theophylactus *C-E*: *Vulgarius A B*.
- 304 Ἐπιτέτραπται (ἐπιτρέπεται, cf. l. 305: ἐπι-
 τέτραπται v.l.; AN III 11).
 305 Ambrosius Ambrosiaster, *Comm. in 1. Cor.*,
 CSEL 81, 2, p. 163, l. 11 (permittitur).
 305-306 *Quanquam ... committere* Siehe die
 Übersetzungen im *Nov. Test.* (cf. n.l. 304)
 und ASD VI, 2, p. 97 zu *Ioh.* 8, 5.
 307 *quod sequitur 1. Cor.* 14, 34b. *Nov. Test.*:
 "sed vt subditae sint" (non enim permittitur
 eis loqui, sed subditas esse).
 307-308 *Caeterum ... coetu* Im *Nov. Test. A*: "in
 ecclesia loqui"; im *Nov. Test. B-E*: "in coetu
 [coetum *B C*] loqui." Cf. n.l. 288-289 zu 1.
Cor. 14, 33; *Nov. Test. A*: "in omnibus eccle-
 siis"; *Nov. Test. B-E*: "in omnibus congrega-
 tionibus." Zu 'congregatio' statt 'ecclesia':
 ASD VI, 2, p. 255 zu *Act.* 5, 11.
 309 *Ignorat, ignorabitur Nov. Test.*: "ignorat,
 ignoret."
 309 ἄγνοεῖ, ἀγνοεῖτω (ἀγνοεῖ, ἀγνοεῖται:
 ἀγνοεῖ, ἀγνοεῖτω v.l.; AN III 11). Zu den Les-
 arten: ἀγνοεῖται / ἀγνοεῖτω; Metzger, *Com-
 mentary* ad loc., p. 500. Valla folgt der Lesart
 ἀγνοεῖτω, *Annot.* ad loc.: "Si quis autem
 ignorat, ignorabitur. Graece secus est: si quis
 autem ignorat, ignoret, εἰ δὲ τις ἀγνοεῖ,
 ἀγνοεῖτω" (Garin I, p. 868, col. 2).
 310 Ambrosius Ambrosiaster, *Comm. in 1. Cor.*,
 CSEL 81, 2, p. 162, l. 8 und l. 11 (311 quod
 nescio vos), cf. *Mt.* 25, 12.
 312-313 *Graecanica ... Theophylactus* Die
 gemeinten Kommentare überschneiden sich:
 es handelt sich um den Menschen, der nicht
 den eigenen Nutzen sucht, sondern dem
 Gemeinwohl dient. Ps.-Oecomenius, nach
 AN III 11: Σημεῖον ἐστὶν ἀνδρὸς οὐ τὰ ἑαυτοῦ
 πάντως βουλομένου στήσαι, ἀλλὰ τὸ κοινῇ
 συμφέρον σκοποῦντος, cf. Migne PG 118, 860
 B.
 313 *Chrysostomus In 1. Cor. hom. 37, 2*, Migne
 PG 61, 317.
 313 *Theophylactus Expos. in 1. Cor.*, Migne PG
 124, 749 C. Siehe die Übersetzung *Personas*:
 "Cuiusmodi verba hominem expriment, qui
 nihil eius voluntatem commendet sed com-
 muni vtilitati prospiciat" (P^o lxxi').
 314 *illud Ap. Ioh.* 22, 11.
 315 *Fiant in vobis Nov. Test.*: "fiant" (fiant: *fiant
 in vobis* v.l.; Er.' Vg. Text von 1527). 'In vobis'
 ist eine Glosse 'contra Graecum' (cf. Words-
 worth-White ad loc.).

EX CAPITE DECIMOQVINTO

[2] [C] Qua ratione praedicauerim. Τίνι λόγῳ. Apparet hic esse ordo 'si tenetis qua ratione praedicauerim vobis'. Quod ita ferme exponit Theophylactus quasi Paulus praedicauerit [D] quidem [C] Corinthiis futuram resurrectionem, caeterum de modo rationeque resurgendi nihil tradiderit. Apud Ambrosium legimus: *quod sermone annunciaui vobis, debetis tenere*. Fortassis [D] Ambrosius [C] scripserat 'quo sermone'. [A] Si tenetis. Hic locus videtur fuisse varius in Graecis exemplaribus. Ambrosius legit: *tenere debetis*. Nisi forte est pro εἰ legendum ἦ, id est 'certe tenetis' [B] aut ἦ κατέχετε, 'sicut tenetis' pro καθὼς κατέχετε. Nam id quoque Graecis sonare ἦ docent grammatici. Quod si non placet, erit nonnihil subaudiendum 'si tenetis et vtique tenetis, nisi frustra credidistis'. Huiusmodi quaedam in Paulinis scriptis et alias demonstraui.

[5] [A] Et post haec vndecim. Graeci codices habent: εἶτα τοῖς δώδεκα, id est 'et deinde duodecim [B] illis'. [A] Sed Graeca scholia hic laborant dubitantque, num lapsu scriptoris habeatur 'duodecim' pro *vndecim*, an vt intelligamus Mathiae quoque Christum apparuisse nondum quidem cooptato in ordinem apostolicum, sed tamen a Deo iam destinato. [B] Ita ferme et Theophylactus. Quo sane loco miror oscitantiam interpretis, [D] cuius opera Theophylactus Latinus est, [B] qui quum videat quaestionem moueri de duodecim, in contextu tamen verterit *vndecim* iuxta vulgatam aeditionem. Cuiusmodi incogitantiam frequenter in hoc licet deprehendere, nisi forte malum id scribis imputare. [A] Ambrosius legit *vndecim*, sed articulum quoque reddidit τοῖς ἑνδεκα, id est *illis*, inquit, *vndecim*. [B] De articulo apposito diligenter annotat et Augustinus Quaestionum in vetus instrumentum libro primo: τοῖς δώδεκα, id est 'illis duodecim', vt non possit accipi de quibuslibet numero duodecim, sed de illis duntaxat, quos Dominus Iesus designarat. Caeterum nodum ita explicat, vt dicat in maiore numero reddendo non haberi rationem alicuius minutae particulae. Et ad hanc formam trahit locos aliquot consimiles, quos κατὰ συνεικομένην dictos esse contendit. [D] Disserit hac de re idem Augustinus libro De consensu Euangelistarum tertio suspicans *vndecim* mendose legi a nonnullis et addens numerum illum duodenarium a Christo consecratum etiam in vndecim manere, praesertim mox in Iudae locum sufficiendo Mathia. |

[6] [C] Plus quam quingentis fratribus. Ἐπάνω πεντηκοσίους ἀδελφοῖς. Ἐπάνω non potest referri ad datiuum casum *quingentis fratribus*, quum apud Graecos habeat gignendi casum, si vsurpetur vice praepositionis, ni fallor. Et tamen Theophylactus fatetur quosdam in hanc sententiam interpretari iuxta quam noster vertit interpretes, alios rursus accipere ἐπάνω pro 'superne' siue 'coelitus', qua non in solo, sed e sublimi se Christus omnibus ostenderit. [E] Ita

321 Fortassis D E: Fortasse C.

324 pro εἰ legendum ἦ [ἦ B C] B-E: εἰ legendum pro ἦ A.

328 εἶτα B-E: καὶ εἶτα A.

331 Mathiae D E: Matthiae A-C.

332 Theophylactus C-E: Vulgarius B.

333 *interpretis D E: interpretis Latini B C.*

348 ἐπάνω C E: ἐπάτω D.

- 317 *Qua ... praedicauerim Nov. Test.:* "quo pacto annunciarim.
- 317-318 *Apparet ... vobis* Dazu: Blass-Debrunner §478¹ und §298⁸: der hellenistische Gebrauch von τις als Relativpronomen, τίνι λόγω = ᾧ λόγω (so auch von Er. ausgelegt).
- 318-319 *Theophylactus Expos. in I. Cor.,* Migne PG 124, 752 D - 753 A.
- 320-321 *Ambrosium Ambrosiaster, Comm. in I. Cor.,* CSEL 81, 2, p. 164, ll. 11-12 (321 quo sermone: *quod sermone* v.l., cf. Vogels, *Das Corpus Paulinum des Ambrosiaster*, app. crit. ad loc.).
- 321-322 *Fortassis ... sermone* Die Lesart 'quo sermone' ist die bessere (cf. die vorangehende Anm.).
- 322-323 *Hic ... exemplaribus* (εἰ κατέχετε: ὑφείλετε κατέχειν v.l.).
- 323 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in I. Cor.,* CSEL 81, 2, p. 164, ll. 11-12: "debetis tenere", cf. l. 321.
- 323-325 *Nisi ... κατέχετε* Er. erwähnt die itazistischen Varianten: ἤ (bekräftigend) 'wahrlich', 'gewiss', oder ἥ (bei den Attikern von der Art und Weise) 'wie', 'auf welche Weise' (nach Pape ad loc.); diese Varianten sind von Tischendorf/ N²⁷ und Wettstein nicht verzeichnet.
- 327 *Huiusmodi ... demonstrauimus* Z.B. die elliptischen Formulierungen *I. Cor. 3, 1* (*Annot. in I. Cor. 3, 1*, ll. 471-472: "hic quoque sermo ... habet nonnihil imperfectum"); *I. Cor. 3, 2* (*Annot. in I. Cor. 3, 2*, ll. 482-483: "aliquid subaudiendum est").
- 328 *Et ... vndecim Nov. Test.:* "deinde duodecim illis [deinde duodecim A]." Diese Frage (entweder 'vndecim' oder 'duodecim') kommt *Supputat. error. in cens. N. Bedae, LB IX, 684 C - 685 B*, zur Sprache.
- 328 εἶτα τοῖς δώδεκα So auch die heutigen Editionen (ἐνδεκα v.l.), dazu: Metzger, *Commentary* ad loc., p. 500).
- 329 *illis* Siehe *Nov. Test. B-E* (cf. n.l. 328).
- 329 *Graeca scholia* Ps.-Oecumenius, nach AN III 11: "Ἡ γραφικόν ἐστὶ σφάλμα, ἣ ὅτι τῷ προγονοστικῷ ὀφθαλμῷ ὁ κύριος εἰδώς ὅτι [Ματθίας] συναριθμηθῆσεται τοῖς ἐνδεκα ὡφθη καὶ αὐτῷ, cf. Migne PG 118, 864 A.
- 332 *Theophylactus Expos. in I. Cor.,* Migne PG 124, 756 A B. Theophyl. und Ps.-Oecumenius überschneiden sich.
- 333 *interpretis* Sc. Christophorus Persona. Siehe seine Übertragung des betreffenden Passus: "Et post hoc vndecim" (P^o lxxii'). Zu Per-

sona: Ep. 1789 (Einleitung zu den Beilagen der 4. Ausgabe der *Annot.*), ll. 4-9: "Quantum qui hactenus Graecorum commentaria verterunt, nescio quo consilio Vulgatam translationem reddere maluerunt, quam exprimere quod erat in Graecis codicibus. Vnde saepenumero fit vt interpretatio non respondeat ad id quod translatum est. Id potissimum deprahendere licet in eo qui Theophylacti commentarios in Epistolas Pauli Latine vertit."

- 337 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in I. Cor.,* CSEL 81, 2, p. 166, l. 8.
- 338 *Augustinus Quaest. in Hept. Quaest. Gen.* 117, 4, *CCSL* 33, p. 43 sq.
- 339-341 τοῖς ... *designarat* Er. paraphrasiert die in der vorangehenden Anmerkung genannte Augustinusstelle: "Illis duodecim. Cum articulo enim hoc graeci codices habent, vt non possint intellegi quicumque duodecim, sed illi in eo numero insignes" (p. 43 sq. ll. 1480-1482).
- 341 *ita explicat* Siehe die n.l. 338 genannte Augustinusstelle: "Nulla tamen est facilius solutio quaestionis huius, quam vt per synecdochen accipiatur. Vbi enim pars maior est aut potior, solet eius nomine etiam illud comprehendere quod ad ipsum nomen non pertinet" (*CCSL* 33, p. 43, ll. 1473-1476, cf. p. 44, ll. 1491-1494).
- 343 *locos aliquot* Siehe die von Aug. in *Quaest. in Hept. Quaest. Gen.* 117, 4 und 5 erwähnten Stellen (*Ioh. 6, 70; 13, 18; Gen. 27, 9; 34, 8*).
- 344 *Augustinus Consens. euang. III, 25, 71,* CSEL 43, p. 370, l. 16 - p. 371, l. 3: "[vndecim] sicut nonnulli etiam codices habent, quod credo perturbatos homines emendasse" etc.
- 348-350 Ἐπάνω ... *fallor* Dazu: Blass-Debrunner §185⁷: "Vulgärer Ersatz für πλείων ist ἐπάνω (ohne Beeinflussung des Kasus): Mk 14, 5 ... I Kor 15, 6."
- 351 *Theophylactus Expos. in I. Cor.,* Migne PG 124, 756 B C. Nach der Übersetzung Personnas: "Plus quam autem illud, quod Grece significantius 'epano' dicitur, id est 'supra', nonnulli 'superne' et 'celitus' interpretantur, plerique 'supra', hoc est 'ultra quingentos', intellexerunt" (P^o lxxii'). Zu 'plerique ... intellexerunt' siehe, den griechischen Text: τινές δὲ τὸ 'ἐπάνω πεντακοσίους', 'τοῖς πλείοσιν ἢ πεντακοσίους' ἐνόησαν.

Chrysostomus ἐπάνω interpretans ἄνωθεν negans aliter accipi posse. [D] Quod
 355 factum videtur, quum ascenderet in coelum. Alter sensus tolerabilis est, si ἐπάνω
 sit adverbium et subaudiatur ἤ, id est 'quam', quemadmodum nos dicimus 'plus
 mille'. [A] Quingentis fratribus simul. Ἐφάπαξ, id est 'semel'. Quan-
 quam sensus ferme idem est. Ex quibus multi. Πλείους, id est 'plures' siue
 360 'complures'. [B] Tametsi id quidem leuiculum est. Dormierunt. Si quis velit
 cauillari de ratione sermonis: *dormierunt* qui experrecti sunt. Proinde aut verten-
 dum erat 'dormiunt' aut 'obdormierunt', vt ab obdormiscendo sit, quandoqui-
 dem 'obdormio' nescio an reperiatur.

[9] [A] Non sum dignus. Ἰκανός, id est 'idoneus qui vocer'.

[10] [D] Et gratia eius in me. Καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ ἢ εἰς ἐμέ, id est 'gratia
 365 illius erga me' siue 'fauor quem in me praestitit'. [A] Et cur non potius 'inanis'
 quam *vacua*? [B] Demiror autem quid legerit Ambrosius, vt pro *vacua* verterit
pauper, quum Graece sit *κενή*. Nisi forte iuxta proprietatem Hebraei sermonis
 pauperes dicuntur 'inanes', vt illic: *et diuites dimisit inanes*. Inanes enim opposuit
 diuitibus. [D] Hic 'inanem' vocat sterilem et infrugiferam. [A] Non ego
 370 autem, sed gratia Dei mecum. Ἄλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἢ σὺν ἐμοί, 'sed
 gratia Dei, quae mecum est'. Corrigit enim Paulus quod modo dixerat, se plus
 omnibus laborasse. 'Imo', inquit, 'non ego sum is qui hoc feci, sed gratia potius
 Dei quae mihi adfuit', vt intelligamus totum hoc Deo ferri acceptum. Laurentius
 hoc loco reiicit eos, qui ex hisce verbis gratiam astruunt, quam vocant 'cooperan-
 375 tem', [B] quorum est Aquinas, [D] sed ante hunc Augustinus. Nec video quid hic
 locus faciat aduersus illos, nam *σύν*, coniunctio Graeca, fauorem et auxilium
 significat: auxilium autem non excludit operam eius, qui iuuatur. [A] Ἡ σὺν
 ἐμοί, id est 'quae est mecum' [B] seu potius 'quae mihi auxilio est'. [D] Nos ver-
 380 titimus: *quae mihi adest*, quod, vt dixi, praepositio *σύν* nonnunquam significet opi-
 tulationem vt *σὺν ταῖς Μούσαις*. Hieronymus Aduersus Pelagianos legit: *gratia
 Dei quae mecum est* explicans vim articuli.

[11] [A] Sic praedicauimus. Οὕτως κηρύσσομεν, id est [B] 'ita [A] praedi-
 camus', praesenti tempore. Ita legit et Ambrosius [B] suffragante vetustissimo
 codice Paulino. [C] Atque ita refert hunc locum Augustinus libro Contra Fau-
 385 stum Manichaeum secundo, capite secundo, iuxta fidem vetustorum exemplarium
 manu descriptorum.

[17] [A] Adhuc enim estis. *Enim* redundat. Referuntur enim haec ad
 superiorem argumentationem: *Si Christus non resurrexit, ergo adhuc estis in pecca-
 tis vestris*. [B] Illud annotandum apud Ambrosium posteriore loco non repeti

361 erat B C E: erant D.

361-362 quandoquidem D E: quando B C.

364-365 Et gratia ... praestitit D E: Gratia dei
 mecum. ἢ σὺν ἐμοί, id est quae est mecum,
 aut vt quidam habent codices ἢ εἰς ἐμέ, id est
 quae est in me, siue erga me. Et cur non

potius inanis quam vacua? *inter* 363 vocer et
 369 Non ego autem *posuit* A, Gratia dei
 mecum. ἢ σὺν ἐμοί, id est, quae est mecum,
 seu potius quae mihi auxilio est, aut vt qui-
 dam habent codices, ἢ εἰς ἐμέ, id est, quae
 est in me, siue erga me *inter* 375 Aquinas et

- 328 Sic praedicauimus *posuerunt* B C.
 365-366 Et cur ... vacua? *post* erga me [cf. n.ll. 364-365] *posuit* A, *post* 363 *vocer* *posuerunt* B
- 354 *Chrysostomus* In *i. Cor. hom.* 38, 4, Migne PG 61, 326-327.
 357 *Quingentis* *fratribus simul* Im *Nov. Test. A* B: "semel"; im *Nov. Test. C-E*: "simul".
 358 *Ex quibus multi* *Nov. Test.*: "ex quibus plures."
 358 Πλειους (πλειονες; πλειους v.l.). Nach Blass-Debrunner §47.2, findet sich die einsilbige Flexion (-ους statt -ονες) fast nur *Act.* und *Ioh.*
 359 *Dormierunt* *Nov. Test. A*: "dormierunt"; *Nov. Test. B-E*: "obdormierunt" (siehe ll. 360-361).
 363 *Non sum dignus* *Nov. Test.*: "non sum [sum om. A] idoneus."
 364-365 *Et gratia ... praestitit* Cf. app. crit. ad loc. Er. hat in den Auflagen A-C die zwei Ausdrücke in *i. Cor.* 15, 10, nämlich: 'gratia eius in me' / ἡ εἰς ἐμέ und 'gratia dei mecum' / ἡ σὺν ἐμοί, für v.ll. einer Wendung gehalten.
 364 *Et ... me* *Nov. Test.*: "et gratia eius quae profecta est in me." Cf. Valla, *Annot.* ad loc.: "Graece est, et gratia eius quae est in me, ἡ εἰς ἐμέ" (Garin I, p. 868, col. 2).
 365-366 *Et ... vacua?* Cf. Valla, *Annot.* ad loc.: "Clarius etiam translatum fuisset 'inanis' quam 'vacua', κενή" (Garin I, p. 868, col. 2).
 366 *Ambrosius* Ambrosiaster, *Comm. in i. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 167, l. 14. Siehe die griechische v.l.: πτωχή οὐκ ἐγενήθη.
 368 *illuc* Lc. 1, 53.
 369-370 *Non ... mecum* *Nov. Test.*: "non ego tamen sed gratia dei quae mihi adest." Cf. Valla, *Annot.* ad loc.: "Non ... mecum. Quomodo non ego si gratia dei mecum? igitur dicendum est 'gratia dei quae est mecum', ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί" (Garin I, p. 868, col. 2).
 370 Ἄλλ' ... ἐμοί (ἀλλὰ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ [ἡ] σὺν ἐμοί, zu [ἡ] σὺν ἐμοί, Metzger, *Commentary* ad loc., p. 501: ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί v.l.; AN III II).
 371 *modo* *i. Cor.* 15, 10: "sed abundantius illis omnibus laboravi."
 373 *Laurentius* Valla, *Annot.* ad loc.: "Igitur dicendum est 'gratia dei quae est mecum' ... vt nihil dicant qui hanc vocant gratiam dei cooperantem: Paulus enim sibi hoc non tribuit, sed totum a deo refert acceptum" (Garin I, p. 868, col. 2).
 375 *Aquinas* Thomas Aquinas, *Super i. Cor.* lect. 909, p. 409: "Deus enim non solum infundit gratiam, qua nostra opera grata fiunt et meritoria, sed etiam mouet ad bene vtendum gratia infusa, et haec vocatur gratia cooperans."
 375 *Augustinus* Cf. Aug. *De gratia et libero arbitrio*, 17, 33, Migne PL 44, 901: "Quoniam ipse vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens ... Vt ergo velimus, sine nobis operatur; cum autem volumus et sic volumus vt faciamus, nobiscum cooperatur: tamen sine illo vel operante vt velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus"; *Quaest. in Hept.* Quaest. Deut. 15, CSEL 33, p. 286, ll. 396-404; Denzinger 390, p. 181 (nach Aug. *Contra duas epistolas Pelagianorum*, II, 21, CSEL 60, p. 482, l. 22 sqq.). Zur 'gratia cooperans': *DTC* VI, s.v. grâce, 1653-1654.
 379 *vt dixi* Cf. *Annot. in i. Cor.* 5, 4, ll. 944-946.
 380 σὺν ταῖς Μουσικαῖς Cf. *Adag.* 2078, ASD II, 5, p. 84, ll. 593-594: "Σὺν ταῖς Μουσικαῖς, id est Musis fauentibus" (weiter n.ll. 944-946 zu *i. Cor.* 5, 4).
 380 *Hieronymus* *Dialog. adv. Pelag.* II, 9, CSEL 80, p. 65, l. 8.
 382 *Sic praedicauimus* *Nov. Test.*: "sic praedicamus" (sic praedicamus: *sic praedicauimus* v.l.; Er.' Vg. Text von 1527).
 383 *Ambrosius* Ambrosiaster, *Comm. in i. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 168, l. 3.
 384 *codice Paulino* Cf. n.l. 94 zu *i. Cor.* 1, 10.
 384 *Augustinus* *Contra Faust.* II, 2, CSEL 25, p. 255, l. 10.
 385-386 *iuxta ... descriptorum* In Ep. 1309, der Einleitung zu Vives' Ausgabe von Aug. *Civ.*, ll. 87-88 erwähnt Er. ein 'peruetustum' Ms. der Bücher *Contra Faustum*. Er. erwähnt *Annot. in i. Cor.* 12, 10, ll. 469-470, vermutlich dasselbe Ms. ("ex vetusti codicis fide manu descripti").
 387 *Adbuc enim estis* *Nov. Test.*: "adhuc estis" (cf. Wordsworth-White ad loc.: "enim codd. ... contra graecum"). In der Liste *Quae sint addita*: "Enim redundat et officit sensui."
 389 *Ambrosium* Ambrosiaster, *Comm. in i. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 169, l. 23 - p. 170, l. 1.
 389 *posteriore loco* Sc. *i. Cor.* 15, 17, cf. *i. Cor.* 15, 14: "Si autem Christus non resurrexit ... inanis est et fides vestra."

390 *vana est fides vestra; sic enim legit: Quod si Christus non resurrexit, adhuc estis in peccatis vestris et qui dormierunt in Christo, perierunt. [D] Sed cum nostra consentit Theophylacti tum lectio tum enarratio.*

LB 736 [19] [A] Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus. Εἰ ἐν
395 τῇ ζωῇ ταύτῃ ἡλπιότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ μόνον. Significationem prae|teriti temporis participii sic poterat reddere 'si ii sumus qui spem coniecimus in Christum in hac duntaxat vita', hoc est 'si nostra spes quam habemus in Christo, non porrigitur vltra terminum huius vitae'. [B] Nam in hunc sensum interpretatur Theophylactus, vt *tantum* referatur ad hanc vitam, non ad Christum; nec abhorret Ambrosius. Miserabiliores sumus omnibus. Ἐλεεινότεροι πάντων.
400 Apparet Graecis comparatiuum positum loco superlatiui 'omnium maxime miserabiles'. Quanquam ad hunc modum loquutus est et Gellius. Alioqui vitari poterat scrupulus, si quis vertisset 'miserabiliores sumus quibusuis hominibus', quando in hoc certe sermone 'omnis' et 'quiuis' in eundem sensum recidunt.

405 [20] [A] Primitiae dormientium. In Graecis exemplaribus constanter additur verbum ἐγένετο, id est 'factus est' siue 'fuit', [B] quanquam duriuscule cohaerens cum superioribus. Vnde videtur a librariis additum [D] apud Graecos. [A] Ambrosius ἀπαρχήν vertit *initium*, quod fuerit omnium primus.

[21] [B] Quandoquidem per hominem mors. In Graecis codicibus quos ego sane viderim, ita habetur: Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἡ ἀνάστασις νεκρῶν, id est 'Nam postquam per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum'. Siquidem coniunctio καὶ tacitam vim habet inferendi. Mortem ortam per vnum hominem constabat, consequens erat, vt per hominem oriretur resurrectio mortuorum. In hanc sententiam enarrat Theophylactus.

415 [22] [A] Sicut in Adam omnes. Ὡσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδάμ, id est 'sicut enim in Adam' [B] siue 'per Adam', vt mox 'per Christum'. 'Enim' aberat in nostris codicibus. Ac more Graecorum legit Ambrosius; connectit enim Paulus probationem cum eo quod assumpserat: 'Quoniam per vnum hominem mors irrepererat, conuenit vt per vnum hominem vita detur omnibus, nam sicut per Adam' et caetera. In Christo omnes viuificabuntur. Cyprianus [E] siue Ruffinus [B] exponens symbolum fidei legit *viuificantur*, vt respondeat superiori verbo *moriuntur*. Atque haec lectio mihi quidem longe magis probaretur nisi refraga-
420 rentur exemplaria. Alioqui si nos offendit 'viuificantur', quod olim futura sit resurrectio, debuit eadem opera offendere verbum 'moriuntur', quod olim multi sint in Adam mortui. Paulus non hic habuit rationem temporis, sed perinde sensit ac si dixisset 'sicut per Adam est mors, ita per Christum est resurrectio'. [E] Hactenus in lucubrationibus meis symboli expositionem citaui Cypriani titulo,

391–392 Sed ... enarratio D E: Ad eundem modum legit et interpretatur Theophylactus [Vulgarius B]. Et in superiore parte rectius quadrabat, Inanis est praedicatio nostra,

inanis est et fides vestra, hoc est, vtrisque frustra laboratum est B C.

395 coniecimus A E: coniecimus B–D.

395–396 Christum B–E: Christo A.

- 398 Theophylactus C–E: Vulgarius B.
413–414 Theophylactus C–E: Vulgarius B.
- 392 *Theophylacti Expos. in 1. Cor.*, Migne PG 124, 760 B C. Cf. app. crit. n.ll. 391–392. Er. verwies in B C auf Theophyl. und auf 1. Cor. 15, 14; den letzten Hinweis hat er später gestrichen
- 393 *Si ... sumus Nov. Test.*: “si in vita hac spem in Christo tantum fixam habemus.”
- 393–394 *El ... μόνον (ἐν Χριστῷ ἡλπικότες ἐσμὲν μόνον: ἡλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ μόνον v.l.; AN III 11).*
- 394–395 *Significationem ... participii* Zu diesem Gebrauch des Partizips: Blass-Debrunner §352¹ (es handelt sich um ein substantivisches Partizip).
- 398 *Theophylactus Expos. in 1. Cor.*, Migne PG 124, 760 D – 761 A. Siehe die Übersetzung *Personas ad loc.*: “Si ad vsque hanc vitam spes omnis nostra prouehitur in eaque et sola versamur neque hanc preter nil vltra cupimus, nos qui in Christo speramus, hoc est: quorum est in Christo spes sita, neque aliam vllam opperimur in celo vitam, miseris haud dubie et calamitatibus ceteros homines antei- mus” etc. (f^o lxxiii’).
- 399 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in 1. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 170, ll. 13–17: “Manifestum est quia et in hac praesenti vita et in futura speramus in Christo; nec enim hic deserit seruos suos Christus, sed dat illis gratiam et in futuro erunt in gloria aeterna. Si autem futurae vitae spes non esset, omnibus hominibus, quod dixit, miserabiliores essemus.”
compluribus locis clamans Paulum Graeci sermonis [C] elegantioris [A] ignarum fuisse, quod aliquoties suis quibusdam vtatur vocibus, Ciliciae vernaculis, nonnunquam coniunctioni $\mu\acute{\epsilon}\nu$ non reddat eam, quae respondet $\delta\acute{\epsilon}$. Ad haec quod hyperbatorum anfractibus molestus sit alicubi, quod interdum anapodoton relinquat orationem. Rursus alias in diuersum declamat procul submouens eos, qui putent Paulum hoc ex animo dixisse, cum omneis sermonis proprietates pulchre tenuerit, omneis argumentationum strophas ad vnguem calluerit. Quin et diuus Augustinus in opere De doctrina Christiana pleraque rhetorum schemata ex Paulinis adducit epistolis. Idem alicubi monet *et si* hoc loco non esse fatentis, sed concedentis ac donantis, veluti si dicas: 'Fac me esse imperitum sermone, certe non sum imperitus scientia'. [B] Porro quod ad sensus attinet, nihil potest esse Paulo diuinius; sermo vero, licet his vacet soloecismis, quos plerosque illi addidit interpres, tamen politus dici non potest iuxta morem humanum, cum Graeci interpretes passim torqueantur incommoditatibus orationis, [D] quod non accidisset si nobis Isocratis aut Luciani lingua fuisset loquutus. [A] In omnibus autem manifestus sum vobis [C] siue vt habent vetusti codices manifestatus sum. [A] Graeca secus habent: $\acute{\alpha}\lambda\lambda' \acute{\epsilon}\nu \pi\alpha\nu\tau\acute{\iota} \varphi\alpha\nu\epsilon\rho\omega\theta\acute{\epsilon}\nu\tau\epsilon\varsigma \acute{\epsilon}\nu \pi\tilde{\alpha}\sigma\iota\nu \epsilon\iota\varsigma \acute{\upsilon}\mu\tilde{\alpha}\varsigma$. Quae quidem ad verbum ita sonant: 'sed in omni manifestati in omnibus in vos'. Sensus autem hic est: 'Non sicut pseudapostoli sumus, qui fucati et personati simulatione sanctimoniae vobis imponunt, sed in omni re et inter omnes declarati sumus et apparet quales simus erga vos'. Et illud $\pi\alpha\nu\tau\acute{\iota}$ referri potest ad rem et $\acute{\epsilon}\nu \pi\tilde{\alpha}\sigma\iota\nu$ ad personam, nisi mauiis conduplicationem facere ad vehementiam. |

60
LB 789 [7] Aut nunquid peccatum feci. Graeca sic habent: $\eta \acute{\alpha}\mu\alpha\rho\tau\acute{\iota}\alpha\nu \acute{\epsilon}\pi\omicron\iota\eta\sigma\alpha$, 'an peccatum feci' siue 'an peccaui'. Graeci non distinguunt inter 'an' et 'aut'. Apud Latinos plurimum interest; et quorsum attinebat addere 'quid', cum id Graecus sermo non habeat?

65 [8] Alias ecclesias expoliaui. 'Εσύλησα , id est 'depraedatus sum'. [B] Nam bellicis metaphoris libenter abutitur Paulus, vt mox *accepto stipendio*. [A] In ministerium vestrum. Εἰς [B] siue vt est in quibusdam $\pi\rho\delta\varsigma$ [A] $\tau\eta\tilde{\nu} \acute{\upsilon}\mu\tilde{\omega}\nu \delta\iota\alpha\kappa\omicron\nu\acute{\iota}\alpha\nu$, 'in hoc vt vobis ministrarem', hoc est 'vobis inseruiui sine vestro sumptu stipendio interim ab aliis accepto'.

38 *compluribus locis* Hier. *Comm. in Tit.* 1, 2, Migne *PL* 26, 592 C: "Qui non iuxta humilitatem, vt plerique aestimant, sed vere dixit:

rat: Et si imperitus sermone, non tamen scientia ... profundos sensus Graeco sermone non explicat, et quod cogitat in verba

- vix promit"; *Comm. in Gal.* III, 6, Migne *PL* 26, 455 A B; *Comm. in Eph.* II, 3, Migne *PL* 26, 509 A-C, und die Briefe: *Epist.* 120, 11, 4, *CSEL* 55, p. 507; *Epist.* 121, 10, 2-5, *CSEL* 56, I, p. 41 sq.
- 39 *quod ... vernaculis* Hier. *Epist.* 121, 10, 2-5, *CSEL* 56, I, p. 41 sq.; *Comm. in Gal.* III, 6, Migne *PL* 26, 455 B.
- 39-40 *nonnunquam ...* δὲ Hier. *Epist.* 121, 10, 21, *CSEL* 56, I, p. 49, ll. 9-14 (n.l. 919 zu I. *Cor.* 5, 3 angeführt).
- 40-42 *Ad ... orationem* Hier. *Comm. in Eph.* II, 3, Migne *PL* 26, 509 C: "[Paulus] Iste igitur qui soloecismos in verbis facit, qui non potest hyperbaton reddere sententiamque concludere, audacter sibi vindicat sapientiam."
- 41 *anapodoton* Er. meint einen anakolutischen Satz; statt *anapodoton* verwendete man den Fachausdruck ἀναπατόδοσις, cf. Lausberg §924 und das Adjektiv: ἀναπατόδοτος, cf. Liddell-Scott und Passow s.v. ἀναπατόδοτος (bei Passow ist s.v. ἀναπόδοτος der Terminus technicus τὸ ἀναπόδοτον belegt: τὸ ἀναπόδοτον = ἀναπατόδοτον).
- 42 *Rursus ... declamat* Z.B. Hier. *Comm. in Gal.* II, 4, Migne *PL* 26, 416 C, wo Hier. zugunsten Paulus' Sprachkenntnisse sagt: "Ex quibus et aliis evidens est Paulum non ignorasse literas saeculares." Dazu: *ASD* IX, 2, p. 181, n.l. 329.
- 42-43 *procul ... dixisse* Dass Paulus aufrichtig sagt 'etsi imperitus sermone', verteidigt Hier. *Comm. in Tit.* I, 2, Migne *PL* 26, 592 C (n.l. 38 angeführt); *Comm. in Gal.* III, 6, Migne *PL* 26, 455 A; *Epist.* 121, 10, 2, *CSEL* 56, I, p. 41, ll. 13-15. Welche Stelle Er. vorschwebte, ist nicht deutlich. Cf. n.l. 46.
- 44 *ad vnguem* Zu diesem Ausdruck *Adag.* 491 (*Ad vnguem*), *ASD* II, I, p. 562.
- 45 *Augustinus Doctr. chr.* IV, vii, 11-13, *CCSL* 32, pp. 123-126 und IV, xx, 39-40, *CCSL* 32, pp. 144-147; IV, xx, 42-44, pp. 148-151.
- 46 *Idem alicubi* Aug. *Doctr. chr.* IV, vii, 15, *CCSL* 32, p. 127, ll. 128-131: "Videtur enim vbi ait: *Etsi imperitus sermone, sed non scientia* quasi concedendo obtractatoribus sic locutus, non tamquam id verum agnosceret confitendo." Bei dem Passus (ll. 42-43): "procul submouens eos ... calluerit" bekommt man den Eindruck, dass Er. eher diese Stelle Aug.' vorschwebte und nicht eine Stelle Hier.'
- 50-51 *tamen ... orationis* Vielleicht von Er. hinzugefügt im Zusammenhang mit einer der Bemerkungen von Lee, deren Einfluss sich auch schon in der Auflage *B* bemerkbar macht (cf. *ASD* VI, 5, p. 17), cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei.* *LB* IX, 208 C = *ASD* IX, 4, p. 212, ll. 315-316: "An cum lectorem torquet incommoditas sermonis, non licet illi subcurrere?"
- 50-51 *Graeci interpretes* Chrys., Theophyl. und Ps.-Oecumenius, deren Kommentare Er. immer heranzieht, mögen gemeint sein.
- 51-52 *quod ... loquutus* Cf. *Annot. in I. Cor.* 4, 3, ll. 724-726: "Disertius autem dicitur erat, opinor, si Athenis cum Demosthene, Platone et Isocrate versatus fuisset, et purius quae senserat, eloqui potuisset" (Zusatz C, anlässlich der Anmerkungen Stunicas, cf. n.ll. 723-726 zu I. *Cor.* 4, 3).
- 52-53 *In ... vobis Nov. Test.*: "verum vbi que manifesti fuimus in omnibus erga vos" (manifestatus sum: *manifestus sum* v.l.; edd. vett.; Er.' Vg.'Text von 1527).
- 53-54 *siue ... sum* Zu den oft von Er. erwähnten codd. aus London (Paulinus), Brügge (Donatianicus) und aus Konstanz: cf. n.ll. 42-43 zu 2. *Cor.* I, 4-6. Zu 'manifestatus sum', cf. die vorangehende Anm.
- 54-55 ἀλλ' ... ὑμᾶς (φανερῶσαντες: φανερωθέντες v.l.).
- 59-60 *vehementiam* Zum Fachausdruck 'vehementia' (= δέυνσις) n.l. 65 zu 2. *Cor.* 6, 8. 61 *Aut ... feci Nov. Test.*: "num illud peccaui."
- 61-62 *Graeca ... peccaui* (ἡ ἁμαρτίαν ἐποίησα;) der interpres übersetzt jedoch die v.l. ἡ μὴ κτλ. (dazu: Wordsworth-White ad loc.). Cf. Valla, *Annot. ad loc.*: "Aut numquid peccatum feci? Graece est 'an peccatum feci', ἡ ἁμαρτίαν" (Garin I, p. 874, col. 1).
- 63-64 *et quorsum ... habeat?* Dazu: Kaulen, §117, p. 197: "numquid steht als gewöhnliche Fragepartikel, wie num, wenn die Verneinung, aber auch, wenn 'Ja' als Antwort erwartet wird." Plater-White, §88, p. 63.
- 65 *Alias ... expoliavi Nov. Test.*: "caeteras ecclesias depraedatus sum."
- 66 *Nam ... Paulus* Z.B.: I. *Cor.* 9, 7; 2. *Cor.* 10, 4; *Eph.* 6, 11-17; *Col.* 1, 29; I. *Tim.* 1, 18-19.
- 66 *mox* 2. *Cor.* 11, 8: "accipiens stipendium." N.B.: Er. führt seine Übersetzung ("accepto ab illis stipendio") oder Ambrosiaster, *Comm. in 2. Cor.*, *CSEL* 81, 2, p. 285, ll. 3-4, an.
- 66-67 *In ministerium vestrum Nov. Test.*: "quo vobis inseruirem" (ad ministerium).
- 67-68 *Eis ... διακονίαν* In den heutigen Editionen: πρὸς (so auch AN III 11 und *Nov. Test.*); εἰς nicht belegt bei Tischendorf und N²⁷; Wettstein zur Stelle: "εἰς, codices teste Erasmo."

70 [9] Et egerem. Καὶ ὑστερηθεὶς, id est 'destitutus' vel 'cum deesset'. Neque
 vero simplex, vt opinor, est emphasis coniunctionis καὶ, sed epitasin habet hoc
 loco, vt sit sensus: 'Adeo non grauavi vos, vt nec egens id voluerim facere'. O ne-
 rosus fui. Κατενάρκησα, quod verbum dictum est ab ocio et torpore. Nam hi
 75 premunt et imminet aliis, vnde petunt assidue, dictione composita a ναρκεῖν,
 quod est 'torpere' (vnde et νάρκη, 'torpedo piscis'), et praepositione κατὰ, quae
 frequenter in malam significat partem, veluti in καταστρηνιάω et καταφρονῶ,
 praesertim cum hic quoque paterno iungatur casui, κατενάρκησα οὐδενός. [C]
 Hieronymus in libello ad Algasiam admonet vocem esse Cilicibus peculiarem. [B]
 At si Paulus noluit cuiquam esse onerosus, qui tantum laborauit, qua fronte qui-
 80 dam expilant plebem, cum nulli sint vsui? [A] In omnibus sine onere.
 Ἄβαρῆ, id est 'minime grauem' dictione composita.

[10] Est veritas Christi in me. Hoc veluti iusiurandum adiecit, [B] quo
 confirmat quod dixit. Id subindicat Ambrosius, cum ait: *sub testimonio Christi*.
 [A] Non infringetur. Οὐ φραγήσεται. Id scholia Graeca exponunt: Non inter-
 85 rumpetur neque deficiet, hoc aiunt, significans se nec in posterum aliquid ab illis
 accepturum, vt non pracludatur sibi haec occasio gloriandi, quod gratis docue-
 rit Euangelium. Interrumpitur enim quod non est perpetuum. At ille iurat eam
 gloriam sibi fore perpetuam, ne cui grauis esset. Verbum dictum est ab interse-
 piendo, nam sepe obiecta excludimur. Nec enim est *in me* auferendi casu, sed
 90 accusandi εἰς ἐμὲ, quasi dicas 'aduersum me'.

[11] Quia non diligo vos? Apertius erat: 'An quod non diligam vos?'
 mutato verbi modo. Nam Graeci negligunt differentiam huiusmodi.

[12] Quod autem facio et faciam. Non sensisse videtur interpres ele-
 95 gantiam huius coniunctionis καὶ, quam hoc loco et similibus habet apud Grae-
 cos: "Ὁ δὲ ποιῶ καὶ ποιήσω, id est 'Quod facio, hoc etiam sum facturus in poste-
 rum' siue 'Quod facio idem et in posterum sum facturus'. Deinde licet Graecis
 vnica sit coniunctio δὲ, quae pluribus Latinis respondeat: 'autem', 'sed', 'vero', [C]
 'verum', [A] 'porro', 'caeterum', 'rursum', 'contra' et his similibus, nonnihil tamen
 apud nos interest, quam, quo loco colles. Hic magis congruebat 'sed' quam
 100 'autem'. 'An quod non diligam vos? Deus nouit. Sed quod facio' etc. Vt in quo
 gloriantur. Ἴνα ἐν ᾧ καυχῶνται. Ambrosius propius accessit ad Graeca: *vt in*
 LB 790 *eo quod gloriantur, reperiantur vt et | nos*, hoc est 'si et illi gloriantur se gratis euan-
 gelizare nec in hoc erunt nobis praestantiores, cum ipse gratis doceam et egens'.

[13] Eiusmodi pseudo apostoli. 'Pseudapostoli' dicendum composita
 105 dictione, quemadmodum est apud Graecos, nec potest in duas diuidi; Latine
 sonat 'falso titulo apostolos'. [C] Apostolus enim eius agit negocium a quo mis-
 sus est, isti suis commodis seruiunt.

74 a B-E: e tribus graecis A.

75 praepositione B-E: ἐν praepositione et altera

item A.

76 veluti E: velut A-D.

- 80-81 In omnibus ... composita *inter* 72 *facere et* 72-73 *Onerosus fui posuit A.*
82 *Est B-E: Et A.*
- 71 *emphasis* Cf. *ASD* VI, 5, p. 45 s.v. An der vorliegenden Stelle ist mit 'emphasis' "der Gebrauch eines Wortes geringeren habituellen Bedeutungsinhalts ... zur Bezeichnung eines grösseren ... Bezeichnungsinhalts" (Lausberg §578) gemeint. Nach Quint. *Inst.* VIII, 3, 83: "plus significat quam dicit." Chomarat II, p. 808: "l'énergie, la force du mot."
- 71 *epitasis* Bei Er. bedeutet 'epitasis' "l'intensité extrême" (Chomarat II, p. 809); an der vorliegenden Stelle bestimmt die 'epitasis' des Wortes *καὶ* die Bedeutung des Satzes nach Er.: *Adeo* etc.
- 73 *Κατενάρκησα* Nach Blass-Debrunner §181³ "beschweren"; Bauer s.v. *καταναρκάω*: "zur Last fallen, beschwerlich werden."
- 73 *quod ... torpore ναρκάω* bedeutet 'erstarren', 'erschlaffen' (N.B.: *ναρκάω*, nicht *ναρκέω*, *ναρκεῖν*) und *νάρκη* 'das Erstarren', 'Erschlaffen' (cf. Passow s.v.).
- 74-75 *dicione ... κατὰ* Cf. app. crit. n.l. 74 und n.l. 75. Anfangs meinte Er. *κατενάρκησα* sei aus *ναρκεῖν* (sc. *ναρκᾶν*), *ἐν* und *κατὰ* zusammengesetzt worden, cf. *A ad loc.*: "dicione composita e tribus Graecis, *ναρκεῖν ... et ἐν* praepositione et altera item *κατὰ*."
- 75 *vnde ... piscis* Die *νάρκη*, torpedo, Krampfroche / Torpedofisch, 'electric ray', wird von Er. auch in *Adag.* 667 (*Velocem tardus assequitur*), *ASD* II, 2, p. 192 sq. zur Sprache gebracht, ll. 424-425: "Item torpedo abscondit sese in harena limoue ac pisces forte incidentes torpore afficit atque ita depascitur." Zu diesem Fisch: D'Arcy Wentworth Thompson, *A Glossary of Greek Fishes*, London, 1947, pp. 169-171 und *ASD* II, 2, p. 193, n.ll. 420-427.
- 75-77 *et praepositione ... οὐδένος* Zu diesen verba composita: Blass-Debrunner §181.I und §181⁴.
- 78 *Hieronymus Epist.* 121, 10, 4, *CSEL* 56, 1, p. 42: "et: οὐ κατενάρκησα ὑμᾶς, hoc est 'non grauavi vos' ... quibus et aliis multis verbis vsque hodie vtuntur Cilices." Denselben Brief benutzte Er. *Annot. in 1. Cor.* 4, 3, ll. 686-719, in der Polemik mit Stunica zu 1. *Cor.* 4, 3.
- 85 *aiunt B-E: ait A.*
100 *quod alt. B D E: quo C.*
- 80 *In omnibus sine onere Nou. Test.*: "in omnibus sic me seruabam, ne cui essem onerosus."
- 83 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in 2. Cor., CSEL* 81, 2, p. 286, l. 13.
- 84 *Non infringetur Nou. Test.*: "non interrumpetur."
- 84 *scholia Graeca* Ps.-Oecomenius nach AN III II: [ἢ καύχῃσις αὐτῆ τοῦ μὴ λαβεῖν] οὐ φραγήσεται· τουτέστιν οὐκ ἐκκοπήσεται οὐδὲ διαλείψει. Πῶς δ' ἂν 'οὐ διαλείψει'; εἰ καὶ τοῦ λοιποῦ μὴ λάβῃ, cf. Migne *PG* 118, 1049 A B.
- 88-89 *Verbum ... intersepiendo* *Φραγήσεται* leitet sich von *φράσσω* = verschliessen, einschliessen, umzäunen, her. Zu *φραγήσεται*: Blass-Debrunner §76¹. Bauer s.v. *φράσσω* i.b. (1726): "dieses Rühren wird nicht zum Schweigen gebracht werden."
- 89-90 *Nec ... aduersum me* Dazu: Plater-White, §III b, p. 89.
- 91 *Quia non diligo vos? Nou. Test.*: "an quod non diligam vos?"
- 93 *Quod ... faciam Nou. Test.*: "verum quod facio idem et faciam."
- 93-95 *Non ... Graecos* Dazu: Blass-Debrunner §442.6 b (*καὶ* = "und ebenso").
- 99-100 *Hic ... facio* Er. übersetzt jedoch im *Nou. Test.*: "verum", cf. n.l. 93.
- 100-101 *Vt in quo gloriantur Nou. Test.*: "vt in eo de quo gloriantur."
- 101 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in 2. Cor., CSEL* 81, 2, p. 286, ll. 22-23 (102 inueniantur sicut et nos, so auch in Er.' Ambrosiusedition von 1527, cf. tomus IV, p. 910 D).
- 104 *Eiusmodi pseudo apostoli Nou. Test.*: "istiusmodi pseudapostoli [pseudo apostoli A]."
- 104-105 *'Pseudapostoli' ... diuidi* Cf. Valla, *Annot. ad loc.*: "Nam huiusmodi pseudoapostoli. Non est legendum 'pseudo', sed sine 'o', vt sit vna dictio. 'Pseudo' enim nihil est, sed in compositione, vt in pseudopropheta in pseudochristo atque in caeteris sic dicitur; quia vt nos 'i' vtumur in componendo vt in armiger, primipilaris, mellifluus, ita Graeci vtuntur 'o', vt discophorus, protomartyr, Timotheus, Theophylus [sic], Allophylus, ψευδαπόστολοι" (Garin I, p. 874, col. 1).

[15] [A] Si ministri eius. Εἰ καὶ οἱ διάκονοι, id est 'si et ministri', et ita legit Ambrosius. Et *transfigurat se*, Graece est 'transfiguratur' et 'transfigurantur',
110 μετασχηματιζόμενοι, μετασχηματίζεται.

[16] Alioqui velut insipientem. Εἰ δὲ μὴ γε, id est 'sin aliter', id est 'si minus persuadeo me non esse insipientem', [B] qui non ob inanem gloriam, sed necessitate compulsus haec de me praedicem, [A] tolerate me [B] tamen [A] gloriantem tanquam insipientem'. [B] Velut insipientem accipite me. Κἄν ὡς ἄφρονα, id est 'etiam vt insipientem'. Fortassis interpres καὶ vertit in 'vel': 'vel vt insipientem', eas coniunctiones nos male coniunximus. [A] Modicum quid. Μικρόν τι, id est 'paululum' siue 'paulisper' aut 'aliquantisper'.

[17] Secundum Deum. Κατὰ κύριον, id est 'secundum Dominum', quem admodum et in superiori epistola scripsit: 'Ego non Dominus et Dominus non ego'. Humanum quiddam parumque seuerum significat, quod negat esse secundum Dominum. In hac substantia gloriae. Ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως, id est 'in hac parte' siue 'materia gloriationis'. Et sic legit diuus Ambrosius: [B] *substantia gloriationis*.

[20] [A] Si quis accipit. Εἰ τις λαμβάνει. Quod praecessit, κατεσθίει, videtur ad cibum pertinere, quem illi sumebant apud discipulos, hoc ad munera. Theophylactus putat idem bis dictum, *deuorat* et *accipit*, vt intelligamus insatiabilem auferendi auiditatem in pseudapostolis cum summa coniunctam arrogantia.

[21] Secundum ignobilitatem dico. Κατὰ ἀτιμίαν. Magis quadrabat 'iuxta contumeliam'. Exponit enim illa atrocitas: *si quis vos deuorat, si quis in faciem caedit* etc. 'Non', inquit, 'quod ista vos patiamini a pseudapostolis, sed quod [B] quantum [A] ad contumeliam rationem attinet, non leuiora patiamini ab istis quam si ista pateremini'. Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. *In hac parte* non reperio in Graecis codicibus, quos ego sane viderim. In quo quis
135 audet. Ἐν ᾧ δ' ἕν τις, id est, 'in quocunque vero aliquis audet'. [B] Corrigit enim quod modo dixerat: 'quasi nos minus valuerimus in hac parte', hoc est: in argumento gloriandi. 'Tantum [D] autem hoc [B] abest, vt illis hic quoque par sim in omnibus, in nonnullis etiam superior'. Proinde nos vertimus per *imo*, quo foret euidentior correctio. [A] In insipientia dico. Hoc per parentheses interiecit memor eius quod ante dixerat: *Non loquor secundum Dominum, sed velut in insipientia*.

[23] Ministri Christi sunt. Post hanc partem Graecis non repetitur *et ego*. Imo id additum subuertit totam sententiam; sic enim legendum: *Ministri Christi sunt, plus ego*, deinde illud παραφρονῶν λαλῶ, id est 'desipiens dico', per parentheses interiectum est, [C] vt modo submonui. [A] Consentit cum Graeco-
145

110 μετασχηματιζόμενοι B-F: μετασχηματίζο-
μενοι A.

120 parumque seuerum B-E: et stultum A.

121 ἐν A-D: εἰ F.

122 in hac parte B-E: substantia A.

125 pertinere A-D E: pertinere E.

126 Theophylactus C–E: Vulgarius A B.
131 caedit B–E: cedit A.

145 parenthesis B–E: parenthesis A.

108 *Si ministri eius Nov. Test.*: “si et ministri illius.”

109 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in 2. Cor., CSEL 81, 2, p. 287, l. 18.*

109–110 *Et transfiguratur ... μετασχηματίζεται.* Was hier gemeint wird, ist nicht ganz deutlich: *Transfiguratur se*, cf. 2. *Cor.* 11, 14: “satanas transfiguratur se” (griechisch: ὁ σατανᾶς μετασχηματίζεται; Ambrosiaster, *CSEL 81, 2, p. 287, ll. 8–9*: “satanas transfiguratur”); *transfigurantur*: meint Er. 2. *Cor.* 11, 13: “transfigurantes se” (griechisch: μετασχηματιζόμενοι) oder 2. *Cor.* 11, 15: “transfigurantur”: *transfigurantur* v.l. und Ambrosiaster, *CSEL 81, 2, p. 287, l. 19* (griechisch: μετασχηματίζονται)?

111 *Alioqui velut insipientem Nov. Test. A*: “alioqui et vt insipientem”; *Nov. Test. B–E*: “alioquin et iam vt insipientem.”

111 *Εἰ δὲ ... aliter* Cf. Blass-Debrunner §376.2; §376⁶.

114 *Velut insipientem accipite me* Das Lemma l. III: “Alioqui ... insipientem” und das vorliegende Lemma, das in *B* nachgetragen ist, überschneiden sich. *Nov. Test.* und *Vg.*: “accipite me.”

114–115 *Καὶ ὡς ἄφρονα* Zur Bedeutung der als Partikel verwendeten Konjunktion καὶ (καὶ ἐάν): Blass-Debrunner §374⁶: “wenigstens”; “auch nur.”

116 *Modicum quid Nov. Test.*: “paululum quiddam.” Cf. Valla, *Annot. ad loc.*: “Vt ego modicum quid glorier. Graecanice loquutus est ‘modicum quid’ pro ‘aliquantum’ siue ‘aliquantisper’, μικρόν τι [scripsi für μηρόντι]” (Garin I, p. 874, col. 1), und n.ll. 964–965 zu 2. *Cor.* 11, 1.

118 *Secundum Deum Nov. Test.*: “secundum dominum” (secundum dominum: *secundum deum* v.l.; Er.’ *Vg.* Text von 1527).

119 *in superiori epistola* 1. *Cor.* 7, 10 und 12: “praecipio non ego sed Dominus” und: “ego dico, non Dominus”, Er. meint vermutlich diese Stellen.

121 *In ... gloriae Nov. Test.*: “in hoc argumento gloriationis.” So auch *Nov. Test.* 2. *Cor.* 9, 4. Zu Er.’ Übersetzung ‘argumento’ für ὑποστάσει: n.l. 643 zu 2. *Cor.* 9, 4.

123 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in 2. Cor., CSEL 81, 2, p. 288, ll. 24–25.*

126 *Theophylactus Expos. in 2. Cor., Migne PG 124, 920 C.*

129 *Secundum ... dico Nov. Test.*: “iuxta contumeliam loquor.”

130 *illa atrocita* Cf. 2. *Cor.* 11, 20: “si quis deorat ... si quis in faciem vos caedit.”

133 *Quasi ... parte Nov. Test.*: “quasi nos infirmi fuerimus” (fuerimus: *fuerimus in hac parte* v.l.; Er.’ *Vg.* Text von 1527).

133–134 *In ... viderim* (ὡς ὅτι ἡμεῖς ἡσθενήκαμεν, sic AN III 11: ὡς ὅτι ἡμεῖς ἡσθενήκαμεν ἐν τούτῳ τῷ μέρει v.l.).

134–135 *In ... audet Nov. Test. A*: “[sed] in quocunque audet aliquis”; *Nov. Test. B–E*: “[imo] in quocunque audet aliquis.”

135–139 *Corrigit ... correctio* Im *Nov. Test. B* ersetzte Er. “sed” durch “imo” (cf. n.ll. 134–135); die Änderung erläutert er im vorliegenden Zusatz *B*. Man beachte die vorliegende Fassung *quasi nos minus valuerimus in hac parte*, im *Nov. Test.*: “quasi nos infirmi fuerimus” (so auch dic *Vg.*).

139 *In insipientia dico Nov. Test. A*: “in insipientia loquor”; *Nov. Test. B–E*: “per insipientiam loquor.” Zu den Übersetzungen “in (insipientia)” bzw. “per (insipientiam)”: *Annot. in 2. Cor.* 11, 3, ll. 985–987 und n.ll. 985–986 zur Stelle.

139 *per parenthesis* Dazu: Blass-Debrunner §465⁴. Siche aber auch §495.4 a: es handelt sich an der vorliegenden Stelle um eine ‘Prodiorthose’ – nach Lausberg §786, 1, ‘correctio’- (zur Epidiorthose: n.l. 636 zu 2. *Cor.* 9, 4). Paulus ist sich davon bewusst, dass er Anstoss geben wird und entschuldigt sich dafür, cf. n.ll. 149–150 zu 2. *Cor.* 11, 23.

140 *ante* Cf. 2. *Cor.* 11, 17.

142 *Ministri Christi sunt* (ministri Christi sunt: ministri Christi sunt et ego v.l.; Er.’ *Vg.* Text von 1527). Der griechische Text dieser v.l. ist nicht belegt.

144 *παραφρονῶν λαλῶ* Von Blass-Debrunner §495⁴ als eine ‘Prodiorthose’ gekennzeichnet. Fragesatz: διάκονοι Χριστοῦ εἰσίν; Antwort: παραφρονῶν λαλῶ ὑπὲρ ἐγώ. Zur Interpunktion Wordsworth-White ad loc.: die Worte “vt minus sapiens dico” wurden für eine Parenthese gehalten.

145 *modo* Cf. n.l. 139.

LB 79I rum exem|plaribus Ambrosius ad hunc legens modum: *Ministri Christi sunt, velut insipiens dico: magis ego*. Nam in caeteris quidem aequabat sese caeteris apostolis, at in eo quod apostolorum est proprium, semet illis anteponit, non solum aequat. Verum quoniam id arrogantius dictum videri poterat, praemunit
 150 stultitiae praetextu, quemadmodum et initio fecit. Quod si maxime sic legeretur: 'Ministri Christi sunt et ego, vt minus sapiens dico: plus ego', nihil erat necesse sensum eum inducere, quem ex Aquinatis sententia induxit Nicolaus cogno-
 155 mento de Lyra, qui ab hoc loco, *vt minus sapiens dico: plus ego*, nouum facit orationis caput et ad hunc edisserit modum: *Si videor*, inquit, *vobis insipiens me pseud-apostolis adaequando, adhuc videbor vobis minus sapiens me eis praeferendo*. Poterat enim illud 'plus ego' per correctionem subiici praemissa mitigatione insolentiae, nempe hoc modo: 'Ministri Christi sunt, sum et ego. Quid autem dixi: et ego? Imo vt stultorum more loquar gloriosius: plus ego'. Quanquam non est huius instituti discutere, quid huiusmodi scriptores senserint, quos constat vete-
 160 rum ignaros literarum tumultuario studio hinc atque hinc consarcinatis glossematis sacras tractasse literas. Cum antiquis potius nobis res est. Caeterum de orationis ornamentis et schematibus, quibus totus hic sermo picturatus [D] ac modulatus [A] est, qui plenius velit cognoscere, legat quarti De doctrina Christiana libri caput quartum. In laboribus plurimis. Περισσοτέρως, id est 'in laboribus abundantius'. Fortassis interpres vertit 'pluribus', id quod erat tolerabile. Quanquam apud Graecos alius est ordo: ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, id est 'in laboribus abundantius, in plagis supra modum, in carceribus abundantius'. Nam quod interpres bifariam reddidit, Graecis vnicum est aduerbium περισσοτέρως. Etiam si comparatiuum
 165 positum est vice superlatiui. Supra modum. Ὑπερβαλλόντως, id est 'eximie' et, vt ita dicam, 'excessiue' et 'supra quam credi possit', vt non admodum ad rem faciant qui interpretantur 'supra modum humanae virtutis'.

[24] Quadragenas. Τεσσαράκοντα, id est 'quadraginta', quanquam recte vertit significans illum quinquies vapulasse et vnoquoque tempore quadraginta

150 legeretur B-E: legerentur A.

161 tractasse B-E: tulisse A.

171-172 non ... faciant D E: nihil agant C.

146 Ambrosius Ambrosiaster, *Comm. in 2. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 292, ll. 12-13 (sunt Christi: *Christi sunt* v.l.).

147-149 Nam ... aequat Dazu: n.ll. 886-887 zu 2. Cor. 10, 12 und Thomas Aquinas, *Super 2. Cor. lect.* 421, p. 534: "Praefert se omnibus Apostolis et pseudo<apostolis>."

149-150 Verum ... praetextu Er. meint die 'Prodiorthose', eine der Figuren des Gedankens, cf. Blass-Debrunner §495.4 a (§495¹¹) und n.l. 139 zu 2. Cor. 11, 21.

150 initio Sc. initio capituli: 2. Cor. 11, 1: "modi-

cum quid insipientiae meae."

152 ex Aquinatis sententia Thomas Aquinas, *Super 2. Cor. lect.* 422, p. 534: "Dicit ergo: Si videor insipiens vobis, quia commendo me et adaequo me aliis, quanto magis videbor vobis minus sapiens, si praeferam me eis? Et ideo dicit: Non solum sum minister Christi sicut et illi, sed vt minus sapiens, secundum vestrum iudicium, dico quod ego sum plus minister Christi quam illi."

152-153 Nicolaus ... Lyra Nicolaus Lyranus, postilla ad loc., *Biblia sacra* vol. VI, col. 441

- C. Lyranus paraphrasiert Thomas Aquinas cf. die vorangehende Anm.
- 158–161 *Quanquam* ... *litas* Zu Thomas Aquinas: n.l. 77 zu 1. *Cor.* 1, 10; n.l. 45 zu 1. *Cor.* 5, 10; n.ll. 431–432 zu 2. *Cor.* 8, 8; n.ll. 542–544 zu 2. *Cor.* 8, 19. Zu Er.' Urteil über die Werke der 'recentiores': Rummel, *Annotations*, pp. 74–88, bes. pp. 80–84 (Nicolaus Lyranus und Hugo von St. Cher), und De Jonge, *Glossa Ordinaria*, p. 65. Siehe auch Ep. 396, ll. 70–94. Lee hat die vorliegende Anmerkung Er.' getadelt; Er. antwortete in der *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 221 D E = *ASD IX*, 4, p. 236, ll. 908–913: "Cum in annotationibus negassem instituti mei esse excutere quid legeret Lyranus aut huius similes, qui sua non hausissent e fontibus, vnde negocium hoc pendet, sed e glossematis hinc atque hinc conflatis, Leus sic illos tuerur, vt dicat et illis habendam gratiam, qui pelles et pilos caprarum intulerint in templum Domini. At ego plus tribuo Lyrano, e cuius vel vna pagina plus didici quam ex toto hoc libro Lei."
- 161 *Cum* ... *est* Es handelt sich vermutlich entweder um die Kommentatoren der 'prisca antiquitas' (wie z.B. Clemens Romanus, Papias, Ignatius, Irenaeus, Origenes) oder um die der 'media antiquitas' (wie z.B. Athanasius, Basilius, Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus). Möglich handelt es sich um beide Gruppen. Cf. *Eccles.* III, *ASD V*, 5, p. 200, ll. 984–989. De Jonge, *Glossa Ordinaria*, p. 65 sq.
- 163–164 *quarti* ... *quartum* Aug. *Doctr. chr.* IV, vii, 12–13, *CCSL* 32, pp. 124–126, bes. p. 125 sq. ll. 65–114 (dazu: n.l. 45 zu 2. *Cor.* II, 6). N.B.: *caput quartum*, jedoch auch in Er.' Augustinusedition: cap. vii, cf. tomus III (1528), pp. 49 A – 50 D.
- 164 *In laboribus plurimis* *Nov. Test.*: "in laboribus copiosius."
- 166–169 *Quanquam* ... *περισσότερως*. Cf. Valla, *Annot.* ad loc.: "In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum. Graece in duobus prioribus idem aduerbium est 'abundantius', *περισσότερως*. In tertio quoque graece dicitur vno aduerbio, quod non habens interpres dixit duabus dictionibus" (Garin I, p. 874, col. 1). N.B.: Tischendorf: ἐν κόποις περισσότερως, ἐν πληγαῖς περισσότερως, ἐν φυλακαῖς ὑπερβαλλόντως; N²⁷: ἐν κόποις περισσότερως, ἐν φυλακαῖς περισσότερως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως. Er. bietet die Lesart nach AN III II (cf. ll. 166–167).
- 169–170 *Etiamsi* ... *superlatiui* Dazu: Blass-Debrunner §60: "In der Volkssprache kann

der Superlativ durch den Komparativ ersetzt werden", und §60': "περισσότερως: bei Paul. z'l' in noch stärkerem Sinn = ὑπερβαλλόντως, so 2 Kor 7, 15 12, 15" etc. Nach Bauer s.v. *περισσότερως* 1. (1313), ist das Adverb an der vorliegenden Stelle als Komparativ verwendet.

170 *Supra modum* *Nov. Test.*: "[in verberibus] supra modum."

170–172 Ὑπερβαλλόντως ... *virtutis* Cf. Valla, *Annot.* ad loc.: "In tertio quoque graece dicitur vno aduerbio, quod non habens interpres dixit duabus dictionibus. Aliquis barbarus transtulisset 'excessiue' quod aduerbium respondet graeco ὑπερβαλλόντως [cf. l. 171]. Hoc ideo dixi quod non est accipiendum, vt quidam volunt 'supra modum humanae virtutis'" (Garin I, p. 874, col. 1). Zur Interpretation 'supra modum humanae virtutis': Thomas Aquinas, *Super 2. Cor. lect.* 423, p. 534: "quantum ad flagellorum dolores, quia in plagis, scilicet ostensus sum, supra modum aliorum, scilicet modum humanae virtutis, vel supra modum humanae consuetudinis."

173–183 *Quadragenas* ... *Ordinariam* Auch diese Stelle spielt eine Rolle in der Polemik mit Lee. Während der Vorbereitung seiner zweiten Ausgabe, erhielt Er. einzelne ungeordnete Blättchen mit Bemerkungen – u.a. zu Paulus – von Lee. Weil ihm diese unreif und flüchtig vorkamen, versah Er. diese Bemerkungen mit seiner Kritik und schickte sie zurück (nach Bludau, p. 89 sq.). An der vorliegenden Stelle handelt es sich um eine solche Bemerkung: *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 222 A–C = *ASD IX*, 4, p. 236 sq. ll. 923–930: "Annotaram ex Ambrosio quod iuxta praeceptum Deuteronomii, qui commississent facinus non capitale, triginta nouem plagis emendarentur. Leus obiicit in Deuteronomio fieri mentionem quadraginta plagarum ... Ego forte schedis illius ascripseram: accusa Ambrosium. Ad ea verba nunc demum serio respondet existimans esse mei officii, vt Ambrosium quem cito defendam, praesertim in re tam periculosa" etc. Die Zusätze B (ll. 175–176; ll. 178–182) und C (ll. 182–183) sind vermutlich die Folge von Lees Kritik.

173 *Quadragenas* *Nov. Test.*: "quadragenas plagas." Siehe Valla, *Annot.* ad loc.: "A Iudaeis quinquies quadragenas vna minus accipi. Graece est quadraginta, τεσσαράκοντα, vt subaudiatur plagas" (Garin I, p. 874, col. 1).

173 *Τεσσαράκοντα* (τεσσαράκοντα: τεσσαράκοντα v.l.).

175 plagis caesum fuisse, si modo id verum est, [B] quod certe verisimillimum est, praesertim cum apud Iudaeos vapularit. [A] Sic enim sentit diuus Ambrosius addens id praeceptum in libro Deuteronomii, vt plagis trigintanouem emendantur qui commeruissent. [B] Legimus autem ad hunc modum Deuteronomii capite vigesimoquinto: *Pro mensura peccati erit et plagarum modus, ita duntaxat,*

180 *vt quadragenarium numerum non excedant, ne foede laceratus ante oculos tuos obeat frater tuus.* Proinde probabile est ob humanitatem vnam plagam remitti solitam, vt citra numerum praescriptum consisterent. [C] Quod quidem haud scio vnde haustum indicat Lyranus et Glossa quam vocant Ordinariam. [A] Valla mauult: *quinquies vndequadraginta accipi*, subaudiendum autem haud dubie ‘plagas’.

185 [25] Ter naufragium feci. Τρις ἐναυάγησα, [D] quasi dicas ‘naufragatus sum’. [A] Latine sane vertit *naufragium feci* pro ‘naufragium passus sum’. Quemadmodum Terentius dixit: *Is nauem fregit apud Andrum*, de eo cui nauis esset fracta tempestate. Nocte et die. Νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, id est ‘noctem et diem in profundo egi’. Nec additur ‘maris’, [B] etiamsi de mari interpretatur Ambrosius [C] atque etiam Theophylactus. [B] Potest tamen βυθός et alterius rei profundum dici veluti carceris.

[26] Periculis ex genere. Non sentit proprie de cognatis, sed Iudaeorum gentem ‘genus suum’ vocat, cui mox opponit gentes. [A] In falsis fratribus. Graecis vnica dictio est ψευδαδελφοίς, hoc est ‘falso Christianis’, qui se fingerent

195 esse discipulos Christi, cum non essent. Nam vt saepius iam admonui, ‘fratres’ absolute dicebantur omnes Christiani. Quod quidem cognominis nunc a paucis occupatum est, velut ad illos solos reciderit Christianismus [B], ac vulgo pene inuisum habetur, cum non sit aliud charitatis nomen plausibilis.

[27] [A] In labore et erumna. Κόπω καὶ μόχθῳ. Propemodum bis idem dixit. Nam μόθος quoque ‘labor’ est, sed qui difficul|tatem habeat adiunctam.

LB 792 [C] Hinc Graecis μόχθηροι dicuntur ‘calamitosi’. [A] Vnde Ambrosius *molestiam* legit pro *erumna*. Vigiliis multis. Pro *multis* Graece est πολλάκις, id est

201 ‘saepe’. Itidem est ‘in ieiuniis saepe’; πολλάκις, non πολλάϊς.

[28] Praeter illa quae extrinsecus sunt. Χωρίς τῶν παρεκτός, id est

205 ‘praeter ea quae foris et extrinsecus accidunt’. Ad eum quidem modum plerique edisserunt. Caeterum [D] Chrysostomus et hunc sequutus [A] Theophylactus

184 accipi A D E: accipi B C.

186 sane B–E: quidem A.

188–189 Nocte ... maris inter 197 Christianis-

mus et 199 In labore posuit A.

204 id est D E: hoc est A–C.

206 Theophylactus C–E: Vulgarius A B.

176 Ambrosius Ambrosiaster, *Comm. in 2. Cor.*, CSEL 81, 2, p. 293, ll. 11–15: “A Iudaeis quinques quadraginta vna minus accipi. Hoc dicit quia quinques flagellatus est a Iudaeis

secundum legem Moysi accipiens plagas triginta nouem, sicut scriptum est in Deuteronomio. Quod per quinque ergo vices factum est, hic summam refert.”

- 178-179 *Deuteronomii ... vigesimoquinto Dt.* 25, 2-3 (180 abeat: *obeat* v.l.).
- 183 *Lyranus* Nicolaus Lyranus, postilla ad loc., *Biblia sacra* vol. VI, col. 442 F: "Committitur iudicibus, quod pro minoribus culpis pro quibus mors non est inferenda, imponant plagas et verbera, ita tamen quod quadragenarium numerum ictuum non excedant. Sapientes vero Iudaeorum ad praetendendum pietatem ordinaverunt quod de illo numero aliquid dimitteretur plus vel minus prout rationabiliter videretur ratione delicti vel conditionis verberandi, et sic de aliis circumstantiis. Et quia Paulus erat eis odiosus, subtrahebant de dicto numero minus quod poterant <cilicet> vnum ictum."
- 183 *Glossa ... Ordinariam Glossa Ordinaria* zu 2. *Cor.* 11, 24 nach der Erstausgabe von 1480/1481: "Iudaeis mos erat in sinagoga contra legem agentes verberare correctionis causa; vnde Paulum legem impugnantem quinque verberauerunt et in vnaquaque correctione xxxix ictus ei dederunt, quadragesimum pro misericordia condonantes" (*Biblia sacra* vol. VI, col. 442 E). Er. erwähnt Lyranus (cf. die vorangehende Anm.) und die *Glossa Ordinaria* im n.ll. 173-183 genannten Passus der *Resp. ad annot. Ed. Lei.*
- 183 *Valla Annot.* ad loc.: "Graece est quadraginta, τεσσαράκοντα, vt subaudiatur plagas quia sequitur 'vna minus'. Latinius tamen dicitur 'quinque vndequadraginta accepi', hoc est, vna dempta de quadraginta: qui mos loquendi a Graecis ad nos traductus est" (Garin I, p. 874, col. 1).
- 185-186 *quasi ... naufragatus sum* Zu 'naufragare', Schiffbruch leiten: Kaulen, §101, p. 170. Plater-White, §79, p. 50 sq. ('naufragari' nicht belegt).
- 187 *Terentius Andria* 222: "Nauem is fregit apud Andrum insulam."
- 188 *Nocte et die Nov. Test.*: "noctem ac diem."
- 188-189 *noctem ... egi* Sic *Nov. Test.* ad loc. (ac).
- 190 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in 2. Cor., CSEL* 81, 2, p. 293, l. 22: "Nocte et die in profundo maris fui."
- 190 *Theophylactus Expos. in 2. Cor., Migne PG* 124, 924 B: Νυχθήμερον δὲ ἐν τῷ βυθῷ διεγένετο νηχόμενος. Τινὰς δὲ φασιν, ὅτι ἐν τινι φρέατι μετὰ τὸν ἐν Ἀύστροις κίνδυνον κατακρυφθεὶς, βυθῷ λεγομένῳ, νῦν τοῦτο λέγει (cf. ll. 190-191: *Potest ... carceris*).
- 192-193 *sed ... vocat* Siehe Ambrosiaster, *Comm. in 2. Cor., CSEL* 81, 2, p. 294, ll. 11-12: "Iudaeorum dicit persecutiones, qui fratres eius erant secundum carnem."
- 193 *max* "periculis ex genere; periculis ex gentibus."
- 193 *In falsis fratribus Nov. Test. A*: "in falsis fratribus"; *Nov. Test. B-E*: "inter falsos fratres."
- 195 *saepius iam admonui* Cf. *Annot. in 2. Cor.* 8, 18, ll. 513-514: "[ἀδελφόν] Sic enim vocat Christianum"; *Annot. in Act.* 7, 25, *LB* VI, 462 F: "Hic fratres vocat suae gentis homines, quod post translatum est ad Christianos."
- 196-198 *Quod ... plausibilis* Er. meint, dass die Ordensbrüder zu Unrecht den Namen 'fratres' nur für sich beanspruchen und er erwähnt ihren schlechten Ruf. Er. hat mehrfach Kritik an den Klosterorden geübt (siehe die Belegstellen in Telle, *Le septième sacrement*, pp. 49-150). Es wundert nicht, wenn Lee diese kritische Anmerkung Er.' für unerlaubt hielt: *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB* IX, 221 F - 222 A = *ASD* IX, 4, p. 236, ll. 916-921; p. 237, app. crit. n.l. 921: "Admoneo apostolico more fratres dici quicunque essent Christiani, quod nomen olim omnium commune nunc quibusdam ceu peculiare tribuatur quasi Christianismus ad solos illos recidisset. Hic Leus contendit illos hoc nomine laudandos, quod fratres dici gaudeant. Et recte dicit, sed quis eos hoc nomine vituperavit? Optarim et nomen et rem omnibus esse communem, quemadmodum olim fuit. Tum Leus non ageret personam quam nunc agit" (*Tum ... agit* in *C*, 1521, hinzugesetzt).
- 199 *In labore et erumna Nov. Test.*: "in labore et molestia."
- 201 *μοχθηροί* "mühsällig, kummervoll, elend, unglücklich" (Passow s.v. *μοχθηρός*). Auch als proparoxytonon: *μόχθηρος*, cf. *Adag.* 797, *ASD* II, 2, p. 321, n.ll. 702-703.
- 201 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in 2. Cor., CSEL* 81, 2, p. 295, l. 21.
- 202 *Vigiliis multis Nov. Test.*: "vigiliis saepe."
- 203 *in ieiuniis saepe* So auch *Nov. Test.* (ieiuniis multis).
- 203 *πολλάκις ... πολλάκις* (*πολλάκις*: *πολλάκις* v.l.).
- 204 *Praeter ... sunt Nov. Test.*: "praeter ea quae extrinsecus accidunt."
- 205 *plerique* Z.B. Aug. *Fnar. in Ps.* 98, 13, *CCSL* 39, p. 1390, ll. 3-5: "Dixit enim multa quae patiebatur, et coepit dicere interiora, praeter illa quae extrinsecus erant, quae patiebatur a malis persecutoribus Christi."
- 206 *Chrysostomus In 2. Cor. hom.* 25, 2, *Migne PG* 61, 571: Χωρὶς τῶν παρεπιτόξ. Πλείονα τὰ παραλειφθέντα τῶν ἀπαριθμηθέντων κτλ.
- 206 *Theophylactus Expos. in 2. Cor., Migne PG* 124, 924 D - 925 A.

παρεκτός accipit pro 'praeter', quasi dicas 'praeter ea quae praetermitto', vt sit sensus Paulum nec in hoc suorum malorum catalogo recensuisse omnia; [B] consentiunt et Graecanica scholia. [A] Verum vtra sententia magis approbanda
 210 prudenti lectori perpendendum relinquo. Instantia mea quotidiana. Hoc separatum est a superioribus: ἡ ἐπισύστασις μου ἢ καθ' ἡμέραν. Quoniam [B] haec particula καθ' ἡμέραν [A] potest vtroque referri [B] ad instantiam et [A] ad sollicitudinem quotidianam. [D] Chrysostomus ac Theophylactus referunt ad id quod praecessit, ἐπισύστασιν. Nam commentario interiecto subiiciunt *sollicitudo*
 215 *omnium ecclesiarum*. [A] Graecanica scholia interpretantur ἐπισύστασιν non 'curam' ac 'diligentiam', sed 'conspirationem' in Paulum, vt intelligas praeter eas persecutiones quae foris erant, hoc est, ab ethnicis, quotidie ferendas insidias et insultus populorum ac ciuitatum seditionem mouentium in Euangelium. [B] Caeterum Ambrosius interpretatur 'urgentes curas omnium ecclesiarum quae
 220 Paulo imminebant'. Atque in hanc sane sententiam adducit locum hunc Augustinus edisserens psalmum nonagesimum octauum: *incursus in me quotidianus, sollicitudo omnium ecclesiarum*, vt per appositionem copules ἐπισυστάσις et μέριμνα. Et in hunc sensum commode verti poterat: 'incumbens mihi quotidiana sollicitudo pro ecclesiis'.

225 [31] [A] Et pater Domini nostri Iesu Christi. *Nostrī* in nonnullis Graecorum exemplaribus non apponitur. Et est absolutius [B] simpliciter [A] vocari Dominum, qui Dominus sit omnium, [B] nisi quid aliud suaserit addi.

[32] [A] Damasci praepositus. Genitiuus *Damasci* hic est aduerbialis, nam *praepositus* ad sequentia refertur ἐθνάρχης Ἀρέτα, id est 'gentis praefectus
 230 Aretae regis'. Aretas rex, is erat socer Herodis [C] Tetrarchae; siquidem is rex fuit Arabiae, Petreae et Damascenae ciuitatis, quae Arabiae vicina est, dominus, vt docet Iosephus libro Iudaicarum Antiquitatum xviii. [A] Eum igitur significat, quem Aretas rex Damasco praefecerat. Et me comprehenderet. Πιάσαι με θελών, id est 'comprehendere me volens'.

235 [33] Et sic effugi manus eius. *Sic* non est apud Graecos, sed tantum est: καὶ ἐξέφυγον, id est 'et effugi'. [C] Nec addebatur in codice Donatiani, [D] ne in Constantiensi quidem.

[A]

EX CAPITE DVODECIMO

240 [1] Si gloriari oportet. Graece sic habet: καυχᾶσθαι δεῖ, οὐ συμφέρει μοι. Quoniam Laurentius in plerisque codicibus δὴ legit, non δεῖ, vt sit sensus 'gloriari certe non expedit mihi'. [D] Ita sane Chrysostomus etiam interpretatur

207 quasi B-E: vt quasi A.

208 Paulum C-E: Pauli A B.

215 ἐπισύστασιν B-E: ἐπίστασιν A.

217-218 insidias ... Euangelium D E: insidias suorum clanculum insidiantium Paulo A-C.

225-226 Nostrī ... apponitur B-E: Nostrī

- redundat iuxta graecos A.
- 209 *consentiunt ... scholia* Ps.-Oecomenius nach AN III 11 (cf. Chrys. loc. cit.): Χωρίς τῶν παρεκτός. Πλείονα γάρ ἦν τὰ παραλειφθέντα τῶν ἀπαριθμηθέντων. Μᾶλλον δὲ οὐδὲ αὐτὰ τὰ ῥηθέντα κατ' εἶδος εἶπεν, cf. Migne PG 118, 1060 A.
- 210 *Instantia mea quotidiana* Nov. Test. A: "conspiratio in me quotidiana"; Nov. Test. B–E: "incumbens mihi quotidiana [cura]." 211 ἡ ... ἡμέραν (ἐπίστασις; ἐπισύστασις v.l.; AN III 11; μοι: μου v.l.; AN III 11).
- 213 *Chrysostomus* In 2. Cor. hom. 25, 2, Migne PG 61, 571. Chrys. lösch den betreffenden Text folgendermassen auf: Ἡ ἐπισύστασις μου κατ' ἡμέραν und Ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.
- 213 *Theophylactus* Expos. in 2. Cor., Migne PG 124, 925 A B (nach Chrys. zur Stelle).
- 215 *Graecanica scholia* Ps.-Oecomenius nach AN III 11: Ἐπισυστάσεις δὲ φησι, τὰς κοινῇ παρὰ τοῦ διωγμοῦ ἐφόδους. Συνίσταντο γάρ, φησί, κατ' ἐμοῦ γνώμη κοινῇ, cf. Migne PG 118, 1060 A B. Siehe Er.' Übersetzung im Nov. Test. A.
- 219 *Ambrosius* Ambrosiaster, Comm. in 2. Cor., CSEL 81, 2, p. 296, ll. 15–22. Er. meint vermutlich diese Stelle: "solicitude ... vt omnibus diebus commissum sibi populum instruat; ... sed quia instabat necessitas, vt omnibus occurreret, etiam nocte docebat."
- 220–221 *Augustinus* Enarr. in Ps. 98, 13, CCSL 39, p. 1390, ll. 5–6.
- 223–224 *incumbens ... ecclesiis* Siehe Er.' Übersetzung im Nov. Test. B–E: "incumbens mihi quotidiana cura omnium ecclesiarum" (cf. n.l. 210).
- 225 *Et pater ... Christi* Nov. Test.: "[deus] et pater domini nostri [nostri om. A] Iesu Christi" (et pater domini Iesu: et pater domini nostri Iesu Christi v.l.; Er.' Vg. Text von 1527).
- 225–226 *Nostri ... apponitur* (πατὴρ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, sic AN III 11: πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ v.l.).
- 228 *Damasci praepositus* Nov. Test.: "in Damasci ciuitate gentis [plebis A] praefectus."
- 228 *Genitiuus ... aduerbialis* Es betrifft den Lokativ, den 'Ortskasus'. Cf. Kühner-Holzweissig, p. 275.
- 229 ἐθνάρχης Dazu: Blass-Debrunner §50.1, wörtlich übersetzt: *gentis praepositus*.
- 230 *Aretas ... Herodis* Diese Anmerkung hat Stunica kritisiert: *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun. ASD IX*, 2, p. 198, ll. 578–581: "Damasci prae-
- positus. In Annotationibus indicaram quod Aretas fuisse socer Herodis. Stunica carpit quod non addiderim qui fuerit is Herodes, cum eius nominis fuerint complures. Si hoc est peccare, nusquam non pecco. Nullus est enim locus, in quo non aliquid possit addi." Es handelt sich um Aretas IV. (9 v. Chr. – 40 n. Chr.), den Herrscher der arabischen Nabataioi, der seine Herrschaft ohne Zustimmung des Augustus antrat (Ios. Ant. Iud. XVI, 294–297), später doch dessen Anerkennung fand, und um Herodes Antipas, den Tetrarch von Galiläa und Peräa, der die Tochter Aretas' heiratete, sie später jedoch verstieß, um Herodias zu heiraten (siehe *Der neue Pauly* s.vv. Aretas 4 und Herodes 4).
- 230–232 *Tetrarchae ... xviii* Zusatz C, der durch die Kritik Stunicas bedingt wurde. Cf. die vorangehende Anm.
- 232 *Iosephus* Ant. Iud. XVIII, 109–112. Dieser Hinweis auf Iosephus wurde vermutlich Stunicas Anmerkungen entnommen, cf. *ASD IX*, 2, p. 199, n.l. 578.
- 233 *Et me comprehenderet* Nov. Test.: "cupiens me comprehendere" (vt me comprehenderet: et me comprehenderet lapsus calami?, nicht in Er.' Vg. Text von 1527).
- 233–234 Πιάσαι με θελών (πιάσαι με: πιάσαι με θελών v.l.; AN III 11, cf. Metzger, *Commentary* ad loc., p. 515 sq.).
- 235 *Et ... eius* Nov. Test. A: "et effugi manus eius"; Nov. Test. B–E: "effugique manus eius" (et effugi manus eius: et sic effugi manus eius v.l.; Er.' Vg. Text von 1527).
- 236–237 *Nec ... quidem* Zu diesen von Er. herangezogenen codd.: n.l. 42–43 zu 2. Cor. 1, 4–6.
- 239 *Si gloriari oportet* Nov. Test.: "gloriari sane non expedit mihi" [mihi om. A].
- 239 καυχᾶσθαι ... μοι (οὐ συμφέρον μέν: οὐ συμφέρει μοι v.l.; AN III 11, cf. Metzger, *Commentary* ad loc., p. 516). N.B.: Zu οὐ συμφέρον: Blass-Debrunner §424².
- 240 *Laurentius* Valla, Annot. ad loc.: "Si gloriari oportet non expedit quidem. Graece non legitur aduerbium 'si', et vix vlllo in codice verbum 'oportet', sed dictio quaedam aduerbialis, siue coniunctiua, vix vel aliquid tale significans δὴ, quae simillima est in literis et sono verbo oportet" (Garin: oportet] δε;" (Garin I, p. 874, col. 1). Dazu: Metzger, *Commentary* ad loc., p. 516.
- 241 *Chrysostomus* In 2. Cor. hom. 26, 1, Migne PG 61, 575.

et huius imitator Theophylactus admonentes hunc esse transitum ad commemorationem eorum, quae plus etiam habent gloriae. [A] Quod si cui placet δεῖ, id est 'oportet', ita legendum est, vt *gloriari oportet* legatur per interrogationem, 245 deinde ipse sibi respondeat: *non expedit*. In hunc sensum legit Ambrosius. Verum superior lectio mihi sane multo magis probatur, quod appareat hunc locum ex superiore mutatum, vbi dixerat: *Si gloriari oportet, in his quae infirmitatis meae sunt, gloriabor*; minus enim illic periculi. Caeterum vbi ventum est ad reuelationes, contrahit sese negans esse gloriandum, etiamsi vera sint quae dicturus est, 250 quod haec magis obnoxia sint suspicioni iactantiae quam illa. Iam quemadmodum erratum est a librariis in δεῖ et δὴ siue δὲ ob affinitatem et elementorum et vocum, ita consentaneum est erratum fuisse in μὲν et μοι. Neque enim Graeci legunt *non expedit quidem*, sed 'non expedit mihi', οὐ συμφέρει μοι. Idque accommodatius est ad Pauli sententiam, vt sit sensus: 'Vobis [D] quidem [A] expedit, vt 255 cognoscatis, qualem habeatis apostolum longe alium quam sint isti superciliosi, verum mihi non expedit [B] narrare [A], vt cui tutum non sit siue propter discrimen inanis gloriae siue propter suspicionem hominum, quibus videbor haec ia|ctantiae gratia comminisci, quemadmodum plerique solent'. Et *mihi* legit 260 Ambrosius non *quidem*, nec addidit *si*: *Gloriari oportet, sed non expedit mihi*. Iam quod sequitur multo cohaeret aptius cum superioribus: *veniam enim ad visiones* veluti causam reddens, cur dixisset non expedire sibi super hisce rebus gloriari. Neque enim apud Graecos est hoc loco *autem*, δὲ, sed γὰρ, 'enim' mire consentientibus exemplaribus.

[2] Scio hominem. Annotandum hoc loco non apponi Graecum articulum, ne certum aliquem hominem designare videretur, sed in genere dixit *hominem*: οἶδα ἄνθρωπον. Siue in corpore. Post hanc particulam additur: οὐκ οἶδα, id est 'non noui', quae post alteram item repetitur 'siue in corpore non noui, siue extra corpus non noui'. [C] Consentiebat Graecis codex Donatiani, qui sic habebat scriptum: *siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio*. [D] Eandem 265 scripturam habebat codex Constantiensis. [A] Et pro *siue* Latinius vertisset 'an'. 270

[4] Arcana verba. Ἄρρητα ῥήματα, id est 'non dicenda' siue 'ineffabilia verba'. [E] Subest tacita gratia in Graecis vocibus cognatis et contrariis, quasi Latine dicas 'indicenda dicta' pro 'non dicenda dicta'.

[5] [A] Pro huiusmodi gloriabor. Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου. Et videtur magis 275 pertinere ad hominem quam ad rem. Narrat enim Paulus hanc rem veluti de alio quopiam, quem tamen nouerit: 'Ergo de me', inquit, 'non gloriabor. Verum de huiusmodi homine quem noui, gloriabor', veluti dissimulans se esse illum, de quo loquitur. [C] Sic ferme Theophylactus. [A] Pro me autem nihil. Ὑπὲρ δὲ ἑμαυτοῦ οὐ καυχῆσομαι, id est 'de meipso autem non gloriabor'.

[6] Ne quis me existimet. Μὴ τις εἰς ἐμὲ λογίσσεται ὑπὲρ ὃ βλέπει με ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ, id est 'ne quis existimet in me supra id quod videt me aut audit aliquid ex me'. Illud autem *in me* perinde est ac si dicas 'cogitet de me aut tribuat mihi'. [C] *Videt me* legit Ambrosius reddens ad verbum sermonem [D] atque idem habebat vterque codex Constantiensis.

- 246 superior lectio *D E*: superiorem lectionem sequitur Theophylactus [Vulgarius *A B*]. Ac *A-C*.
- 251 siue δὲ *D E*: siue δὲ. Nam ita lego apud Vulgarium *A*, siue δὲ. (nam postremum lego apud Vulgarium) *B*, siue δὲ, nam postremum lego apud Theophylactum *C*.
- 259 addidit *E*: addit *A-D*.
- 264 Scio *E*: Noui *A-D*.
- 274 Pro *E*: Super *A-D*.
- 242 *Theophylactus Expos. in 2. Cor.*, Migne *PG* 124, 928 *B C*: Καυχᾶσθαι δὲ οὐ συμφέρει ... Ἐπειδὴ εἰς ἕτερον εἶδος καυχήσεως μεταβάλλει κτλ.
- 245 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in 2. Cor.*, *CSEL* 81, 2, p. 298, ll. 14-15: "gloriarī oportet, sed non expedit mihi." Er. meinte wohl die v.l.: "gloriarī oportet, non expedit mihi" und hat vermutlich 'gloriarī oportet' für einen Fragesatz gehalten. In Er.' *Ambrosius*-edition von 1527, tomus IV, p. 913 *B*, ist übrigens dieser Text mit dem in *CSEL* 81, 2, loc. cit., identisch.
- 246 superior lectio *Sc.*: *gloriarī certe non expedit mihi* (l. 241). Cf. app. crit. n.l. 246: Er. strich den Verweis auf Theophyl., als er ll. 241-243 nachtrug.
- 246-247 ex superiore *Sc.* 2. *Cor.* 11, 30.
- 250-252 *Iam ... vocum* Dazu: Bentley, *Humanists*, p. 148: "Like Valla and the Complutensian editors, he [Erasmus] often noticed Greek texts corrupted by assimilation or the confusion of homonyms. He pointed out at 2 *Cor.* 12:1, for example, that similarity of sound and spelling gave rise to several readings: δεῖ ... δὴ ... δὲ." Es handelt sich hier um den Itazismus.
- 251 siue δὲ Cf. app. crit. n.l. 251. Er. strich den Verweis auf Theophyl., den er im Zusatz *D* (ll. 241-243, cf. n.l. 242) erwähnte.
